



1. Boffeck / Joh. Gottl. / diff. De cultu flumi-
nam. Lipsiæ 1740.
2. Breithaupt / Joh. Gust. / Dissertatio de
incrementis in Ceno etia malo, Halle
pentas III de hær. Halls 1697
3. _____
4. Buddei / Joh. Franc. / diff. De fragrantia
Christi jens 1712.
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΚΡΙΒΕΙΑΣ in
5. _____
vita christiana, jens 1707.
6. _____
de libertate cogitandi, jens 1715
7. Burmanni / Joh. Eberh. / diff. de fide
salvifica, Helm. 1682
8. Carpzov / Joh. Bened. / diff. de Chuppa
Hebræorum, 1710.
9. _____
diff. de religione quietista.
rum Lipsiæ 1687.
10. Carpzov / Joh. Gottl. / diff. de anno Jobe,
lib. secundum disciplinam Hebræo.
rum Lipsiæ 1730.

c. 8
8
JESU SUCCURRENTE!
Dissertatio Philologico-Theologica,
De

CHUPPA HEBRÆORUM,

Qua
ΕΠΙΣΚΙΑΣΜΟΣ,

Luc. cap. I. v. 35. illustratur:

Quam

Sub PRÆSIDIO

MAGNIFICI ACADEMIÆ RECTORIS,

VIRI MAXIME REVER. AMPLISS. atq; EXCELLENTISS.

DN. JO. BENEDICTI CARPZOVII,

SS. Theol. Doctoris & Professoris Lingvæ S. Celeberrimi,
Fac. Theol. Assessoris, Maj. Principum Collegii Collegiati, ad Ædem
D. Thomæ. Pastoris, de Academia & Orthodoxa Ecclesia
benè meriti,

Dn. Patroni & Præceptoris summoperè devenerandi,
IN AUDITORIO THEOLOGORUM PAULINO
publico Eruditorum examini

proponit

JOHANNES Schmerl

Einfiedel. Pastor vocatus.

ROSTOCHII, Typis NICOLAI SCHWIEGEROVI, Ampliâ. Sen. Typogr.
Recusa Anno 1710.

Dissertatio Philologica-Theologica
De

CHURPA HEBRÆORUM

DE
BIBLICALI

LIBRO I. & II.

256 P. 8510

DR. JO. BENEDICTI
CARPZOVII

Professore & Praefecto
Theologiae in
Universitate Lipsiensi
P. 1771

LEIPZIGI
1771





עִמְרֵי שׁוֹ

PROOEMIUM.

Dissertationis Philologicae materiam, in Theologia Sacra suo usu haud destitutam feligenti, praesens, quam exhibeo, praeter ceteris, arrisit. Eoque magis, quod eam alibi nondum hoc ordine viderim pertractatam, Scripturae tamen Sacrae ac Theologiae utilitatem afferre non mediocrem. Huc enim spectare omnino debet nostra linguarum cognitio omnis, utpote quae, sine Scripturarum explicatione, ex doctrina Apostoli, nihil, aut parum sane, prodest. Utinam vero vulnus, gravissimum an Parentis? (eheu!) inflictum mihi est, & negotia, quibus ideo distineor, infinita, admitterent diligentiorum curam abs me, apud more, collecta in ordinem redigendi! Ut taceam, quod ipsa Numinis Divini providentia, cui oblectari nefas, suavissimis his Musis, quibus ante decennium in hac Philurea delectari coepi, vale nunc dicere, & ad severiorem animarum curam transire jubear. Quare brevitati studebo, atque omnem Tractationem sic absolvam, ut sectione prima HISTORICO-PHILOLOGICA Chuppae ritus explicetur; altera THEOLOGICO-EXEGETICA illius usus demonstretur, applicatione dictorum ad illustrationem Προκειμένου

Luc. I, 35; memorati. Faxit divinum

Numen FELICITER!

no. I. H. 2

A 2

SECTIO

SECTIO PRIOR
HISTORICO - PHILOLOGICA.
CAPUT I.

ONOMATOLOGIA,

§. I.

Etymologia.

ANte, quam cætera ipsam rem propius attingentia ordiatur; de voce חַפָּה, (sive, ut Rabbinī scribunt, חוּפָה) *Chuppa* distinctim erit agendum, ut de genuinā vocabulī non minūscritiptione, quam significatione, melius constet. Legitur autem vox illa ter tantum in Codice Sacro. Semel quidē absolute, a) bis autem cum affixis (b), ubiq; verò cum Dagesch forti, præcedente vocali brevi, Kubbutz. Ex quo factum est, ut adductam modo ex Scriptura scriptiōnis formam secuti, eandem à radice geminatā חַפָּה, i. e. *aperuit, obtexit, &c.* ad formam חַפָּהּ à חַפָּהּ deduxerint. Id quod R. Davidem Kimchium, c) Davidem de Pomis, d) Johannem Reuchlinum, e) Sebastianum Münsterum, f) utrumque Buxtorfium, g) Augustum Varenium, h) Magnificum item Geierum, i) pluresque alios, fecisse, in librorum evolutione deprehendi, k.)

a) *Jesu. IV, 5.* על-כֹּל-חַפָּהּ חַפָּהּ

b) *Joël. II, 16.* חַפָּהּ חַפָּהּ, cum affixo ה, quod singulari per Kametz & mappik annectitur.

Psal. XIX, 6. חַפָּהּ חַפָּהּ, cum Vau cholem.

c) ספר חרשי-רמב"ם Radice חַפָּה

d, e, f,) in dictionariis in vulgus editis.

g) in Concordantiis: Lexicis, majore Chaldaico - Talmudico-Rabbinico, p. 807. seq. minore p. m. 250.

h) Comment. in *Jes. IV, 5.* p. 86.

i) ad *Psal. XIX, 6.* p. 319.

k) de Dagesch hīc literæ mediæ inscripto vide D. Wasm. *Grammar, Hebr. Art. II. Reg. VII. p. 15.*

§. II.

Longè tamen secius visum est, (libris si habenda fides,) Grammatices (iudice Doctissimo Fagio) peritissimo, quippe in quâ ætatem vel ab ipsa contrivit pueritiâ omnem, l) R. Elia Levitæ. Is non à geminatâ חֲפָיָה, quam prætermisit adducendam, sed radice חֲפָיָה, (sicut & Fagius Latinis literis expressit) quiescente, quæ tamen significationem cum geminatâ eandem habeat, ad vocabuli deduxit. (m)

l) in præfatione ad Lectorem lectu dignissimâ, quam Elia Levitæ חֲפָיָה præmisit.

m) in libro jam laudato, à vocum numero חֲפָיָה dicto, editionis sine versione, p. 34. cum Fagii versione Latina, p. 119. Fortè, ad hanc sententiam provocat Buxtorfius Filius in Synagogâ Judaicâ recens à se aucta & locupletata: *Quidam putant*, inquit, l. c. cap. XXXIX. pag. 632. *nuptias vocari חֲפָיָה Chuppa, שְׂחֻפְפִין בטְלִית או סוּרֵר או כּוּצָא כּוּר, ab obrektione cilicii, aut lintei, vel similis alicujus rei. Nam חֲפָיָה Chippa est tegere, obtegere.*

§. III.

Inter has sententias priorem, utpote receptissimam & tantorum Virorum autoritate suffultam, ipsaq; etiam Grammaticæ ratione confirmatam nos quoque tenemus, posteriorem vero Elia Levitæ, simili, quantum quidem novi, exemplo destitutam, rejicimus. Dantur equidem, largior, nomina non pauca, quæ Dagesch impressum habentia in vocalem longam Kametz, præcedente brevi Kubbutz: vel, excluso Dagesch, in longam, prævio Vav Schureck, terminantur. o) Verum, in nominibus à *Lamed He* originem trahentibus illud fieri, à nomine, existimo, facile probatum iri. Quin potius hujus generis nomina mutare illud in Jod (e. g. חֲפָיָה à חֲפָיָה) rarius in vav, (ut: עֲפָיָה ab עֲפָיָה) vel prorsus abjicere, (v. g. חֲפָיָה à חֲפָיָה) Grammatici unanimes attestantur. o)

n) v. gr. עֲפָיָה (Job. XXX, 31.) & עֲפָיָה (Gen. IV, 21.) organum.

o) Confer Buxtorf. Theſ. Grammat. Cap. LVI. p. 321. ſeqq.
Schickard. Reg. XXXVII, 5.

§. IV.

Imò, ne quid diſſimulem, vix induci poſſum, ut credam, Doctiſſimum Hebræum, qvalem, Fagii memoriâ, vix ſecundum habuit orbis, p) ita contra Grammaticæ præcepta ſcripſiſſe. Qvare conjectura me ducit, eum radices interruptè explicaturum, geminatam in S. Codice non infrequentem literis paulò majuſculis, abſqve tamen vocalibus, appoſuiſſe; Librarium verò, per dormitantem ac oſcitantem ſapientiam, pro ך finali, falſo finale ך ſubſtituiſſe. Qvæ ſcriptio erronea in alias fortè editiones poſtea irrepreſit, adeò ut quotqvot licuit videre, (vidi & loco & tempore diverſas,) omiſſâ penitus geminatâ, conſtanter ך ך adhibeant. Literæ enim, niſi ſitu, angulis & apicibus probè diſcriminentur, facile gignunt errores. q) Qvales irrepreſiſſe plurimos, vel experientia optima rerum magiſtra edocemur. In qvâ ſententia eò magis confirmor, qvâ R. Elias Levita exempla à ך ך deducta ſtatim ſubjicit: Inter alia participium ך ך (Deuter. XXXVII, 12.) qvòd à geminatâ derivari, nemo facile, credo, ibit inficias. Caterum Eliam Levitam, omiſſâ radice, tò ך tantum explicare voluiſſe, ſi quis dixerit, haud maxime repugnabo. Qvibus tamen conjecturis diutius immorari nolo, qvarum ne mentionem qvidem feciſſem, hanc niſi rem ſcrupulum Lectori movere poſſe, in mentem incidiſſet.

p) in præfat. citatâ,

q) Conf. poſt alios, Schick. Reg. XIX, 11.

§. V.

Homonymia.

Jam, ut ad ſignificationem deveniamus, inter vocabuli ſignificatum generalem ſeu primarium, & ſpeciale vel ſecundarium, qvi iterum vel proprius vel improprius eſt, diſtingvendum. In Generali & primario notat operimentum, protectionem, obtentionem, r) qvòd præter alios, Elias Levita Germanus s) qvòqve obſervavit: וַיִּשָׁא לְשׁוֹן כְּסִי כְמוֹ רוּפָה עָלָיו כֹּל—חִיוּם וְגו׳
Id eſt, (ut Paulus Fagius vertit,) ſignificat autem proprie hæc vox operimentum, ut: Toget ſuper eum tota die, &c. Dent. XXXIII, 12.

In

In *Speciali* & quidem *improprio* seu *tropico* significato per *Metonymiam* signipro signato, *nuptiae* per vocabulum חַרְר intelliguntur. *Qui* vocis significatus Hebræorum Magistris non infrequens. Unde phrasis quotidiana: קָרוֹן לְחֹפֶה , *invitatus ad nuptias.* e) At *proprie* tamen, ac *magis specificè* Chuppa denotat.

ñ) *Tegmen illud thalami*, quo *Sponsus simul cum Sponsa veluti obteguntur*; Seu clarius: *Conclave illud interius*, in quod ante nuptias perfectas atque undiquaque absolutas deductio fiebat. u) Ita enim R. David Kimchi verbis perspicuis: $\text{מְקוֹם הַסְתֵּרָה הַכְּלוּל עַם הַחַתָּן נְקִירָה חַפָּה}$ *Locus, ubi se abdit Sponsa cum Sponso, vocatur Chuppa.* x) *Deductio in dormitorium hoc*, seu *conclave לחופה לחופה* *introductio aut ingressus in Chuppam*, id est, in *conclave interius*, ubi *thalamus nuptialis*, dicitur. Ante, quam hæc fieret deductio, nuptiæ imperfectæ adhuc habebantur, sicut Maimonides, ad veterum mentem, refert clarissime: $\text{אֵין בְּרַכַּת הַתְּנִימוּשָׁה הַנִּישׂוּאִין אֵלֶּה י: כְּנִיסַת לְחֹפֶה}$ *Non benedictio Sponsorum facit seu perficit nuptias, sed deductio in thalamum.* Cujus deductionis in thalamum vestigia non obscura in ipsis Sacris literis videre licet. z) Vocatus locus ille, ubi se cum Sponsa Sponsus abdit, alio nomine חַרְר *conclave*, & cum addito פְּנִימִי חַרְר *conclave interius.* In Joëlis Prophætæ verbis a) Sponso quidem חַרְר , contra ea Sponsæ חֹפֶה attribuitur, adeoque ipse Spiritus Sanctus discrimen inter hæc duo digito quasi intendere videri posset. Neq; inficiandum, *Chuppa* à verbo חָפַת , utpote quod *obregendi* significationem habet, deductum, ex natura sui, locum quo occultantur Sponsi, adeoque *thalamum*, seu, ut Hellenistæ appellant, πασὸν denotare; *Cheder* autem *conclave* seu *cubiculum*. Verum in idem plane recidere videntur. Hinc & Sponso *Chuppa* in Scriptura tribuitur. β) Et B. Lutherus Joëlis locum, discrimine hoc neutiquam observato, vertit: *Der Bräutigam gebe aus seiner Kämmer / und die Braut aus ihrem Gemach.* Confer mecum consentientem Doctissimum Selde-num. γ) Chaldæi thalamum Sponsalantium בֵּית בְּנָן & בֵּית בְּנִין quemadmodum Græci τὸν πασὸν appellant. Vide Heinsii Aristarchum

chum Sacrum, ד) ubi, verecundiæ causa, Sponsæ nonnunquam tribuere Chuppam Hebræorum Magistros, docet.

ב) *Velamina Sponsæ pariter & Sponsi è sindone, aliæq; simili materiâ confecta* denotat. Quibus monilia & lemniscæ, aliæque id genus, pro utentium lubitu, appendebantur. Ita enim Gemara Hierosolymitana: ε) **הופת התנים כיונים מצויירים וסחרונן** **זהב ההיון כהם** *Velamina Sponsorum sindones sunt acupictæ, quibus appenduntur monilia aurea.* Qvalé etiam significatû in vocabulo **אפריון** deprehendimus: **גרו שלא הצא: הכלרה כאפיריון בתוך העיר ורכותינו התירו שתצא הכלרה בתוך העיר** *Temporibus bellicis, quæ sunt inscuta, decretum est, ne prodiret (in deductionem) Sponsa velamine obvoluta intra urbem. Sed Rabbini nostri postmodum permisere, ut etiam intra urbem velamine obvoluta prodiret.* Ita hunc locum paulo ante laudatus Seldenus ζ) transtulit. Confer omnino

Dn. Wagenfeilium. η) Ubi τὸ **אפריון** contra Buxtorfium in Lexico Talmudico, θ) Kimchium in Radicibus secutum, ε) per *uraniscum* vel *conopceum*, quod Sponsæ obtendebatur, cum in publicum prodibat, alias Judæis **רופה** dictum, Bartenora, consentiente, aliisq; rationibus motus, exponit. Hoc sensu Chuppæ vocem quoque posse explicari, postquam aliam prius explicationem adjecisset, scribit R. David Kimchi *ad Joël. II, 16.* **או פירוש: מחופה מההללים והעריים שחפפין עליה כימי החתונה:** *Explicatio vocabuli τὸ מחופה potest & hæc esse: Monilia & ornamenta, quibus Sponsi tegebantur, in die desponsationis deponent.* Confer Machzor Germ. κ) Hoc enim die omnem suum ornatum induebant. Sponsæ corona erat **עיר של זהב** *civitas aurea* seu turrata forma, μ) qvalem gestasse vulgo.

Ipsa DEum fertur generix: Berecynthia.

Consulatur Dn. Wagenfeilii Sota: μ) qui inter alia ex Codice quodam Judæi MS., quem pro Adversariis habuit, rationem reddit, qvare Sal & Sulphur Sponsorum coronis materiam præbuerint. Verba ipsa lectu non indigna apponam: **הטעם לעניין**

עשרות התנים מנפרית וחלה יש להזכיר הטא טרום ועמורה ששיני ארז דרכם כניאוף אשת איש וכמשכב זכור ונענשו שנעשר

שנעתה ארעם גפרית ומלח וכרי לעורר לבב החתן שירבך
 כאשרו ולא כשאינו מינו עושים לו כתר ממלח וגפרית
Rati., quare corona Sponsorum è sulphure & sale confecta fuerint,
 in eo consistit, ut in memoriam iis revocaretur peccatum Sodomo-
 rum & Gomorrhæorum, qui adulteriis & mascula Veneri se totos
 præposterè mancipabant, idèò eam penam tulere, ut terra ipso-
 rum in Sal & Sulphur converteretur. Ergò corona illa Salis &
 Sulphuris monebat Sponsum, sua adhareret uxori, & à peccatis
 Sodomoorum sibi caveret.

ב) Tentoriolum notat quo Sponsus & Sponsa obumbrari olim ho-
 dieq; in ipsa nuptiarum festiuitate consueverunt. Quæ significatio
 est hujus loci. Ita enim sæpe laudatus R. Elias Levita in Thisbi,
 & David de Pomis: *ו*) אנוהו קוראים הכנר שפרשין
 על ראש החתן והכלה כארבע כרים בשעת הקרושין חופה:
*Nos (Judæi) vocamus vestem illam, quam expandunt super caput
 Sponsi & Sponsæ, quæque tenetur quatuor vellibus ea hora, quæ
 fit desponsatio, seu tempore nuptiali, Chuppa.*

ר) Conf. Lexicon Heptaglotton Edmundi Castelli p.
 132.

ס) in Thisbi edit. absq; vers. p. 34. cum vers. p. 119.

ז) vide Buxtorff. Lex Talm. Rabb. p. 808.

ח) Selden Uxor. Hebr. lib. II. cap. XIII. p. 132. seq.

ט) in Radicibus. Cujus verba etiam in thisbi Eliæ Le-
 vitæ repetita legi possunt.

י) Halach. Ifchoth cap. 10.

יא) Conf. Selden. l. c. Loca sunt: Deut. XX, 7. Tob. VII, 18.
 19. II, 1. Matth. IX, 15. XXV, 10. Marc. II, 19. Luc. V, 34.
 XII, 36. Joh. II, 1. 2.

יב) Joël. II, 16. מַחֲפָה וּכְלֵר

יג) Psalm XIX, 6. מַחֲפָה יִצְחָן

יד) Ux. Hebr. lib. II. cap. XIII. p. 136. 137.

טו) p. m. 358. seq.

טז) ad Mischnæ locum tit. Sota c. 9. fol. 40. a. l.

יז) c. p. c. 141.

יח) Wagenf. Sota p. 962. seqq.

B

θ) pag.

θ) pag. 1804.

ι) pag. 408.

κ) part. I. fol. 336. b. col. 2. citante Seld. Ux. Heb. L. II. c. XIV. p. 138. b.

λ) Sota c. 9. fol. 49. b. edit. Amst. conf. Seld. l. c. p. 139.

μ) Dn. Wagenf. Sota pag. 966. 964.

ν) Tisbi edit. sine vers. p. 34. cum versione Fagii p. 119. David de Pomis pag. 67.

§. VI.

Synonymia.

Vocatur Latine: *Cælum, tentorium, tentoriolum, pannus, conopæum, operimentum, &c.* Germanice *der Himmel*. ξ) Italicè *baldachino. o*) &c. Atque de hac Judæorum Chuppa *לפי ענין רעתי* breviter summamque agere propositum est mihi, ut inde *ὁμολογῶμεν μέγα τὸ τῆς εὐσεβείας μυστήριον* de Filii DEI incarnatione, occasione vocis *Ἰησοῦ λέγει* (*Luc. I. 35.*) illustretur.

ξ) in *לשון אשכנז הימל* Elias Levita. p. 34. 119. id est, Germanice dicitur *der Himmel*.

o) Id. l. c. Conf. Lex. Anton. Udini. p. 101. a.

CAPUT II.

DE ORIGINE RITUS CHUPPÆ.

§. I.

de
Chuppæ o-
rigine,
Sententia.
aberranti-
um.

Nunc ergo excussa voce, de re ipsa agemus, ac primum quidem circa *Chuppæ originem* quæritur: *quo potissimum tempore ritus ille ortum traxerit?* Ac video utrinque aberrari, cum *in excessu* ab illis, qui inde usque ab Adami tempore è paradiso hunc ritum *Chuppæ* derivant, tum *in defectu* ab aliis, qui recentiorum esse existimant, quam ut veteribus Hebræis possit tribui,

(1.)

In Excessu.

§. II.

Excedunt suo more Hebræi, inter quos Rabbi Eliezer non dubi-

dubitavit asserere, DEum in paradiso ipsi statim Adamo, non unam, ex more hodierno, neque tres, id quod Regi concessum, sed decem præparasse Chuppas, idque ob primi hominis majestatem factum esse. Rem (quod mirere) ordine recenset, quasi ipse nuptiis Adami ac Evæ interfuisset, & in exstruendis Chuppis adjutrices manus porrexisset. Verba subridicule concepta ad litteram subjiciam, quæ habet in suis Pirke: e) Quæque confi-

militer leguntur in Bava bathra. *b*) עשר חופות עשה הק"ו ברה"ק ל^אדם הראשון בגן עדן וכלן של אבנים טובות ומרגליות ושל זחב והלא לכל חתן אין עשה לו אלא חופה אחת ולמלך אין עישון אלא שלש חופות ילחלוק כבוד לאדם הראשון עשה חכה עשר חופות ברין עדן שנאמר בערו גן אלהים היות כ^א אבן יקרה מסכתך אדם פטרה ויהלם תרשיש שחם וישפ^ר ספיר נפך וכרסת וזהב הרו אלו עשר חופות והיו המלאכים מתחפפים בתופים ומרקרים כנקבות שנאמר מלאכת הפוך ונקבך כך ביום שנברא אדם הראשון שנא' ביום הכראתן כיננו והיו מלאכי השרת כפו שושבינ^י המשמרים את החופות שנה כסלאכו יצוה לך לשמך ככל דרכך ואין דרכך אלא דרך חתנים כחון מה דרכו ש^ל חזן עומר ומברך לכלה כחוך חופתה כך הקב"ה עמר וברך לאדם ולעולו שנה ויברך אותם אלהים:

Id est, versione Gvilielmi Hentici Vorstii c) Decem Chuppas paravit DEus primo homini in horto Eden, eosq, omnes ex pretiosis lapidibus & margaritis & auro. Sed none pro quovis Sponso tantum unam construunt Chuppam, & pro rege tantum tres Chuppas? Sed ad discernendam majestatem primi hominis exstruxit, prout dicitur: (Ezech. XXIIIX, 13) In Eden (delicijis) horti DEI fuisi, omnis lapis pretiosus, pyropus, topazius, & adamas, berillus, thalassius, sardius & jaspis, sapphirus, chrysoptasus, smaragdus, cum auro. En isti sunt decem thalami, (sive Chuppæ) Angeli autem tympana pulsarunt, & choreas egerunt secundum fistulas, juxta illud: (1. c.) opus tympanorum tuorum & fistularum earum in te, scilicet die, quo creatus fuit primus homo. Hinc dicitur



(ibidem:) in die, quā conditus es, preparata sunt. Fuerunt autem angeli ministerii veluti paranympsi custodientes (Chuppas) thalamos, prout dicitur: (Psalm. XCI, 11.) Angelis suis de te mandavit, ut te custodiant in omnibus viis tuis. Non autem per vias tuas (intelligit) nisi viam Sponsorum juxta (morem) ministri Synagogæ. Qvalis est mos ministri Synagogæ? Consisit & benedicit Sponsæ in medio (Chuppæ,) thalami sui; Sic quoque DEus stetit atque benedixit Adamo ejusque adjutorio; juxta illud: (Gen. I, 28.) Et benedixit iis DEus.

a) Cap. XII. in fine.

b) Fol. 75.

c) Pag. 27. 28.

§. III.

Eadem quoque repetit Judæus ille, qui speculum ardens (Brandspiegel) composuit, & Cracoviæ in Polonia, Hebraicis quidem characteribus, verum dialecto Germanica editi curavit. Qui liber, nuperrime Fracofarti ad Mœnum Anno M. DC. LXXV. iterum impressus est; In cujus capite XXXII. hæc leguntur verba: In Pirke R. Eliezer steht/dass חַכְמָה (Gott der Herr) hat selbst gedienet dem חַתָּן (Bräutigam) und כַּלָּה (Braut) und hat die חַוּפָּה (Chuppa) selbst gemacht/ und die מַלְאָכִים (Engel haben getanzt/ und Gott hat die בְּרִכָּה (den Segen) gesagt/ as es steht: (Genes. I, 28.) וַיְבָרֶךְ אֱתָם אֱלֹהִים das ist: Und er bentsetzt (segnet) sie Gott. Drüm sol sich keiner zu bösslich halten/ und sol dienen חַתָּן וְכַלָּה (dem Bräutigam und der Braut) von מִצְוָה (Gebot/Befehl) wegen/ und nit von seiner Wollust wegen.

§. IV.

Sed hoc quid est, nisi pervortere Scripturam, eiqve inferre sensum Spiritui Sancto oppido contrarium? In loco enim Ezechielis non mystica est quærenda expositio, sicut Rabbinoס explicare Rex Salomon Jarchi testis est: d) וּרְבוּתֵינוּ כַּמְדָּרַשׁ אגדה ררשו הענין הזה כּאדם הראשון וכוּ per mysticam narrationem exposuerunt hanc rem de Adam primo, &c. Sed Propheta, R. Dav. Kimchio recte annotante, Regis Tyri felicitat-

licitatem describit; A quo sensu nec Jonathan in Targū alienus est:
 כסו טבין ותפוקין אח מהפנק כאילו בעדן גנתא דיי את שרי
In multa felicitate & voluptate deliciatus veluti in deliciis horti Domini habitans. Cæterum non decem, verum novem lapidum pretiosorum genera, nisi his aurum annumerare velis, tantum recensentur. Davidis verò locum (*Psal. XCI. 11.*) de Angelorum circa quoscunque pios custodiã esse intelligendum, non verò speciatim de Adamo & Eva, vel Mose, vel Jacobo, quod facere Judæos videas, in aprico est, e)

d) Ad *Ezech. XXII. 13.*

d) Vid. Vorstii *Animadv. in Pirke p. 163. 164.*

§. V.

Porro cognatas istis nugas iidem agunt, quando Michaëlem & Gabrielem fuisse paranymphos in nuptiis Adami & Evæ somniant אמר ר' יהודה ברימיאן מיכאל וגבריאל הם היו פומניאן f) אמר ר' יהודה ברימיאן מיכאל וגבריאל הם היו פומניאן Dixit Rabbi Jehuda filius Simonis, Michaëlem & Gabrielem fuisse paranymphos Adami primi hominis. Item DEum Evæ aptasse cincinnos. g) Qvas nugas tantum retulisse sufficit.

f) Bereschith rabba, *Sect. 8. fol. 10. 4.* Vide & Irvin. *fol. 18., 2.*

g) *Traet. Nidda c. 5. p. 45.* Buxt. *Syn. Jud. c. XXXIX. p. 629.*

§. VI.

Non tamen idè de antiquitate ritus planè desperandum, adeoque ad alterum extremum in defectu desectendum est. (2.) In defectu Sicuti Seldenus, vir alias in hâc literaturâ nulli secundus, & rituum Hebræorum antiquitatem penè ubivis adstruens, hic hæsitare sese fatetur. Nam cum דו רופר Chuppa pro tentoriolo illo, quo obumbrari in ipsâ benedictione Sponsi soleant, usurpari, & in atrio Synagogæ præparari illud nunc solitum, b) addit statim: Sed an veteribus Hebræis in usu, nondum est mihi satis compertum.

b) Uxor. *Hebr. lib. II. cap. XV. pag. 141.*

§. VII.

Enim verò satis abundeque vestigiorum est in utriusque

foederis Codice, è quibus dijudicari potest, non esse usque ad-
 dedo incompertum, usum Chuppæ apud veteres Hebræos obti-
 nuisse. Loca quidem singula excutere non licebit, adducentur
 tamen nonnulla ordine, ut de iis iudicium ipse quilibet ferat.
 Quædam enim *כַּסָּא רֹדְפִיבֹן*, quædam verò *כַּסָּא רַחֵן אֲלֵגֻוֹעַו*
 ejus meminere, & sunt è Veteri testamento sequentia:

Ruth. III, 9. *וּפְרַשְׁתָּהּ כְּנֶפֶךְ עַל-אַסְתָּהּ* *expandas alam
 tuam super ancillam tuam. Breite deine Flügel
 über deine Magd.*

Psaln XIX, 6. *וְהוּא כְּחַתָּן וְיֵצֵא מִחַמְרָתוֹ* *Nam est
 (Sol) tanquam Sponsus progrediens è Chuppâ suâ.
 Und dieselbe (Sonne) gehet heraus / wie ein
 Bräutigam aus seiner Kammer.*

Cant. II, 3. *בְּצֵלוֹ חִמְרָתִי וְיִשְׁכַּתִּי* *in umbra ejus (amici)
 summe desidero ut sedeam, Ich sitze unter dem
 Schatten / des ich begehre.*

Jesa. IV, 5. *עַל-כָּל-כְּבוֹד חִפּוּי* *super totam gloriam
 erit Chuppa. Es wird ein Schirm seyn über alles/
 was herrlich ist.*

Ezech. XVI, 8. *וְנִפְרַשְׁתִּי עָלֶיךָ* *expandi alam
 vestis mee super te. Da breitet ich meinen Stern
 über dich.*

Joël. II, 16. *וַיֵּצֵא חַתָּן מִחַמְרָתוֹ וְכַלָּה מִחַמְרָתָהּ* *egredietur Sponsus è cubiculo suo & Sponsa è Chuppâ
 suâ. Der Bräutigam gehe aus seiner Kammer/
 und die Braut aus ihrem Gemach.*

HIX.

In Novo Testamento egregius locus est *Joh. III, 29. ὁ
 φίλος τῆς νύμφης ἐστῆκεν καὶ ἀκούων αὐτῆς, χαρὰν χαίρει διὰ τὴν
 φωνὴν τῆς νύμφης. Amicus Sponsi, qui stat & audit eum, gaudio
 gaudet propter vocem Sponsi. Der Freund des Bräutigams ste-
 het und höret ihm zu / und erfreuet sich hoch über des Bräuti-
 gams Stimme. Ad quem locum audire juvat Danielem Hein-
 sium. ὁ ἐστῆκεν, inquit, i) est, qui ad Chuppam stat: dum, ex
 more*

more Judæorum, Sponsus cum Sponsa sub velamine, quod Chuppæ dicitur ab illis, colloquitur. Quæ est Judæorum prima ἀοριστός sive nuptialis congressus. Equæ cum egrederetur Sponsus, maximo cum gaudio eorum, qui egredientis audiebant vocem, prodibat. Quod cum demum ratum esse matrimonium existimarent, &c. ¹⁾ in Aristarcho Sacro p. m. 358, seq. (879.) ad Joh. III, 29.

IX.

Quoniam illud indicias ire non possumus, Chuppam & Talles apud Judæos aliquando confundi, adeo ut Talles (quæ alias vestis est propriè, quæ se oraturi obnubere Judæi solent) loco Chuppæ in nuptiarum solennitatibus adhibeant. Edocet me illud ספר כנהגים ספר מנהגים liber ritualis, anno currentis Seculi secundo & sexagesimo, Amstelodami recusus: k) Es thut der החתן (Bräutigam) der כלה (Braut) das טלית (Talles) ach auf den Kopf/und das ist הוסיף. Denn חספה ist teutsch bedecken. Und Ruth saget ach zu Boas: Und du solst spreiten dein Fetich auf dein Mait. (Ruth. III, 9.) Der נביא (Prophet) saget ach ואפרש ערוה: כנפי עליך ואכסה ערוה: (i. e.) Da breitet ich meinen Geret über dich/und bedeckte deine Scham. (Ezech. XVI, 8.)

k) Tit. von Breulafft und שבע ברכות (i. e.) de nuptiis & septem benedictionibus.) p. 65. b.

§. X.

Atque hanc Chuppam jam olim quoque innotuisse aliis Gentibus, fidem facit Euripides in Pelasi apud Johannem Stobæum ^{l)} filiam nubilem nupturientem ita allocutus: ὄσων ἄνδρος χλαῖναν εὐγενῆς πέσης. Cum sub viri generosi palliam veneris. Neque enim tam ovum ovo, quam hæc loquendi formula ritui Hebræorum est similis, ut vel exinde de ritus antiquitate insimul constare queat.

^{l)} p. m. 440, lin. 26.

§. XI.

Sic ergo tandem statuimus, Chuppam apud veteres Nostra. Hebræos omninò usu receptam fuisse, temporibus etiam antiquissimis, sed quo potissimum temporis articulo cœperit, aut quo autore sit introducta, ignorari. Et hæcenus quidem de Origine Chuppæ.

CAR.

CAP. III.

DE IPSA CHUPPÆ CONSTITUTIONE, ET RITIBUS EO SPECTANTIBUS.

§. I.

Sequitur *ipsa ejus descriptio* cum rituum huc pertinentium enarratione. Quæ res cum spectari melius, quam describi possit, *Figuram Chuppæ*, qualem liber *Minhagim*, ^{a)} repræsentat, nos quoque hic in icuncula, sed paululum emendata, exhibebimus, ad quam simul oculos subinde Lector inflectat.



a) lib. *Minhagim* seu ritualis pag. LXX. col. 1.

§. II. In

§. II.

In hac icuncula conopæum expansum, & quatuor perticis *CHUPPÆ* à totidem pueris eas tenentibus sublevatum representatur, sub quo Sponsus & Sponsa à Rabino ipsis adstante, certis ritibus ac ceremoniis copulantur. Quæ tota *Chuppæ Judaica* constitutio est, quam ut rectius penetremus, hoc ordine singula expedire juvat, ut *Chuppæ I. Materiam, II. Formam, III. Ministros, IV. Adjuncta, V. Usus, & VI. Finem* excutiamus.

§. III.

I. *Materia* pro conditione personarum nuptias celebrantium l.) *Materia* variat. Generatim tamen ea requiritur, quæ ad tentorium conficiendum apta sit, qualis est pannus, linteum, sericum & similis. Ditiores ergo & honoratiores materiam adhibent pretiosiorum. Pauperiores verò leviori contentos esse oportet. Sic in Gemara

Talmudica Mafscheth Sota. b) תנתנה ער חופה חתנים גורו מאי חופה חתנים זהוריר המורה בורא אבל עשה פריפריה ותולה בה כל מה שורצא:

Traditum est etiam (in Mischna,) quod de Chuppâ Sponsorum decreverint. Qualis autem fuit Chuppâ Sponsorum? Respondetur: Coccinum auro intertextum, (mit Klarem Golde gestickter Scharlach.) Sed (ob temporum iniquitatem) decrevere, ut postero quoque tempore cucullum (pallam) tantum adhiberent, eique alium pro lubitu ornatum appenderent. Raschi ad hunc locum: זהוריר הבוהבות טליה צבועה שני ובו קבועי טסי זחב עד שמעמידו אותה כמין כיפה Sehorirb hamusf-baboth est tegumentum coccinei coloris, cui affixæ sunt bractæ aureæ, usque dum adeò firmum aut solidum sit redditum instar cuculli.

b) fol. XLIX. col. 2.

§. IV.

II. *Forma* consistit in expansione, & ornatu circa oram ex-2.) *Forma.* panis inque altum evedti lintei, seu cujusque alterius materiæ ad conopæum conficiendum adhibitæ, dependente, ut sit instar coeli spondæ, cum illud quàm maxime exornatum est. R. Elias Levita in

C

This is:

פירשין הכגור על ראש החתן והכלה כארבע ברים *c*
Expendunt vestem (seu pannum) *super caput Sponsi & Sponsæ,*
quatuor vestibus.

c) pag. 119. (34.)

§. V.

3.) *Mini-*
ftri.

III. *Ministros Chuppæ* voco quatuor illos pueros, qui perti-
cas quibus Chuppa alligata est, manibus sustinent. Non enim terræ
infigitur, ut firma atque immota consistat; sed instar portatilis
alicujus tentorii ad locum consecrationi destinatum defertur, at-
que à tot pueris, quot vectes adsunt, hoc est à quatuor, in altum
sublevata tenetur, donec consecrationis actus finiatur. Solent ali-
quando viri etiam barbati (quales in figurâ à Leusdenio *d*) ex
Mishagim expressâ conspiciuntur,) adhiberi; sed cum officium
illud propriè puerorum sit, *e*) sic emendare nostram icunculam
voluimus.

d) *Philol. Hebr. Mixt. Diff. XXVI. p. 173.*

e) vid. Buxt. *Synagog. Jud. c. XXXIX. p. 639.*

§. VI.

IV. *Adjuncta* duo potissimum sunt attendenda, *Temporis &*
Loci. Tempus erigendæ Chuppæ maximè idoneum fuit visum, si
4.) *Adjun-* virgo duceretur, feria quarta, h. e. dies Mercurii, si vidua, feria
cta. quinta, h. e. dies Jovis. Cujus instituti rationem reddunt in
Temporis. Mischna: *f*) בתולה נשאת ליום הרביעי ואלמנה ליום החמישי
שפעמים כשברר בתי דינין יושבין בעירור ביום השני
וביום החמישי שאם היה לו טענה בתולה היה משכים
: לבית דין: Id est: *Virgo deducitur feriâ quartâ, sed vidua fe-*
riâ quintâ. Nam bis in hebdomadâ sessiones habentur forenses
in urbibus oppidisque feriâ secunda & feriâ quinta, adeo ut
si quid habeat Sponsus, quod in Sponsæ virginitatem objiciat, fo-
rum ei statim liceat adire.

f) *Massech. Cetubhoth. C. 1. §. 1. Confer autem de tem-*
pore nuptiarum plura apud Seldenum Lib. II. Uxor,
Hebr. c. XI. p. 126. seq.

§. VII.

Locus est vel hortus, vel platea, vel arca Synagogæ contigua, vel
quivis

quavis alius, modo non in conclavi, sed sub dio Chuppa erigatur, idque boni ominis ergo. g)

g) Minhagim: Man pfleget die כוכבי (den Segen/ copulation) unter den Himmel zumachen: zu einen gutem סימן (Zeichen /) daß ihr זרע (Saamen) soll seyn כוכבי השמים לרוכ (an der Menge / wie die Sternen am Himmel.)

§. IX.

V. *Usus* quod spectat, adhibetur Chuppa sic confecta in consecratione & confirmatione matrimonii, quæ Sponso & Sponsa cum Rabbinis assistentibus sub illius umbra, certis ritibus ac ceremoniis suscipitur, de quibus ordine & quoad singulas circumstantias dispiciendum. 5.) *Usus.*

§. IX.

Primaria persona, in cuius gratiam Chuppa erigitur, est Sponsus, qui veste, quæ Sabbathi diebus solet, demissa incedit, in simul atro superindutus pallio; h) Eiusque præterea capiti cinis, in eversionis Hierosolymorum nec non vitæ brevitatis memoriam imponitur. i)

h) Lib. rit. l. c. In etlichen קהלות (Synagogen) gehet der Bräutigam mit einem langen Mantel über die שבת (Sabbath)-Kleider / gleich als ein אכזב (traurender.) Brandspiegel loc. cit. In אשכנז (Teutschland) führet man den חתן (Bräutigam) in einer schwarzen Kap / als einen אכזב (traurende.)

i) Lib. rit. l. c. Man thut dem חתן (Bräutigam) Asche auf den Kopf zum זכרון (Andenken der Zerstörung Jerusalem.) It. Brandspiegel l. c. Das thut man / daß sie (Bräutigam und Braut) in ihrer Freude nit sol vergessen das grosse Leid / daß das heilig בית המקדש (Tempel) ist verbrandt geworden. Hot gefogt רוד המלך (König David) in ההרים (Psalter) גילו ברעה (Psalm. II, II.) daß ist teusch: Tragt euch mit Bitternüss. Das meint / wann ihr sein frölich / so zittert und gedendt / daß

daß es is verstorret worden das המקדש (Tempel/) bis auff der zeit sol eingedencken/das ein Mensch nit ewig lebet auff der Welt/und von des wegen auch legt man dem חתן (Bräutigam) Asche auff seinen Kopff.

§. X.

Altera persona, quæ Sponso jungitur, est *Sponsa*, cujus vestitus hodie, pro diversitate locorum, variat. Olim equidem, cum rebus secundis potirentur, sine dubio splendidissime semper exornata fuit; *k*) At postquam in exilium sunt missi, sic variare ceperunt. Alicubi enim ornatissime incedit. *l*) Alibi vero ornatu induta lugubri, *m*) adeo ut Leusdenus partim albis partim nigris vestibus incedentem se vidisse scribat, sicque albedinem signum esse lætitiæ, quemadmodum tristitiæ nigredinem. *n*) Præterea illius oculis velum, Rebecca pudici ingenii exemplo, *o*) obsecunt mulieres, præ pudore, ut Sponsum ne aspiciat. *p*)

k) vide *Psalms. XLV, 10. Jer. II, 32.*

l) Quia de causa Sponfa etiam כלה, à perfecto se. ornatu, dicitur, ex mente R. D. Kimchi in Libro Radicum. Tunc enim omnia sua ornamenta producit, & ornat se perfectissime. Verbum enim כלה, à quo כלה derivatur, perficere denotat: Vid. Lex. Buxt. Rad. כלה.

m) Lib. rit. l. c. Die כלה hot ein Sargenes (Trauerkleid) an.

n) in Joële explicato cap. II. p. 122. 123.

o) Gen. XXIV. 65. Conf Buxt. *Syn. Jud. c. XXXIX. p. 629.*

p) Lib. rit. l. c. Die כלה (Braut) hot das Flögerlein (die Decke / so sie der Braut am Hochzeit-Tage über den Kopff und für die Augen machen) vor. Das komt her von רבקה (Rebecca) da ihr יצחק (Isaac) begegnet/ nam sie den Mantel/ und deckt sich das פנים (Antlitz) zu/von צניעות (Keuschheit Schamhaftigkeit) wegen.

§. XI. Uterqz

§. XI.

Uterq; Sponsus & Sponsa, sed separatim, Sponsus quidem à Viris aliquot huc invitatis, Sponsa vero à mulieribus itidem ad hoc rogatis *ad Chuppam deducitur*, singulis, qui adfunt, acclamantibus: **ברוך ה' ברוך ה' ברוך ה'** *benedictus qui venit*. Musica etiam instrumenta inter deducendum pulfant, ut ad hilaritatem omnes excitentur.

¶) Quod quidem deducendi ad Chuppam officium laudi & honori ducitur. r)

q) Ant. Margaritha von dem Jüdischen Glauben cap. von der Jüden Hochzeit. f. It. Joh. Buxt. Synag. Jud. cap. XXXIX. p. 631.

r) Brandspiegel l. c. Es sol sich keiner zu löstlich halten und sol dienen **ה' וכלה ה' ה' (dem Bräutigam und der Braut) und tanzen und springen für ה' ה' (Bräutigam) und כלה (Braut) von מצוה (befehl) wegen/ und nit von seiner Wollust wegen.**

§. XII.

Sub Chuppæ umbra constitutus Sponsus, Sponsam suam expectat donec ipsa quoque eum comitatu accesserit, quæ ut primum Chuppam subintrat, Sponso tribus vicibus circumducitur, cui ritus illud Jeremiæ accommodant: **נָקְבְּרוּ תְּסֻבְּבֵי אָבִיר** *femina circumdabit virum.* s) Hinc acceptam Sponsus semel circumducit ipse, atque ad latus dexterum collocat, quo illud Davidis trahunt: **לְיָמֶיךָ שָׂגַר נָצְבְּרוּ שָׂגַר** *collocata est conjux ad dexteram tuam.* t)

s) Jer. XXXI, 22.

t) Psalm XLV, 10. Minhagim l. c. Man stellt die **כלה (Braut) auf die rechte Hand zum ה' ה' (Bräutigam)**

§. XIII.

Faciem habet uterque ad meridiem obversam, tergum autem septentrionem versus: Idque benedictionis ergo fieri è Talmude confirmant. u) Verba ita habent: x) **אמר ר' יצחק הנותן משתו בין צפון לדרום חוין ליה בנים זכרים**

הנותן משתו בין צפון לדרום חוין ליה בנים זכרים וג' *Dixit R. Isaac: Qui lectum suum*

suum inter septentrionem & meridiem ita collocat, ut vultum meridiei obvertat, illi multos nascituros filios. Nam dicitur: (Psalm. XVII, 14.) Quorum ventrem imple recondito thesauro tuo &c.

n) Minhagim l. c. Sie stehn zwischen צפון (Mitternacht) und ררום (Mittag) und das פנים (Angesicht) gegen ררום (Mittag) zu haben. Wir lernen in der Gemera/das Bet sol zwischen ררום (Mittag) und צפון (Mitternacht) seyn.

*) Massecheth berachoth fol. 5. b. in fine.

§. XIV.

Sponsus Sponsæ manum prehendit, coetu, qui invitatus adest, frumentum in illos conjiciente & acclamante: פרו ורבו *fructificate & multiplicamini.* γ) Quo ipso pacem atque abundantiam inter novos conjuges denotari volunt, z) verba Davidis huc trahentes: a) השם—גבורה שלום חלב חטים ושביעה. *Disponens termino tuo pacem: Adipe tritici satiat te.* Solent & ditiores pecuniam pro pauperibus, qui eam postea colligunt, immiscere.

γ) Gen. I, 28. Conf. Seld. Ux. Heb. Lib. II. cap. XV. pag. 140. b. Buxtorf l. c.

z) Minhagim, seu liber ritualis loc. cit. Und der חתן (Bräutigam) nimt sie bey der Hand / und führet sie ein wenig / so wirfft dnnn das סהר (versamlete Volk) Korn auff חתן (den Bräutigam) und כרה (die Braut) und sagt פרו ורבו (seyd fruchtbar und mehret euch) / דאן שלום Fried und Einigkeit) sol sein zwischen ihne. Der פסוק (bibl. Spruch) gebet: השם גבורה שלום חלב חטים ושביעה (Er schaffet deinen Grenzen Friede / und sättiget dich mit dem besten Weizen.) In קהלות (Versamlungen) thut man auch Geld in dasselbige Korn / dar nach nehmen es die עניים (Armen.)

a) Psalm CXLVII, 14.

§. XV. Ma-

§. XV.

Magister, qui Chuppâ Solennibus præest, togâ indutus Sponsæ sub Chuppâ adstat, & ejus caput velo Sponsi sacro, quod Talles vocant, tegit, (β) ac benedictionem Sponsalitiâ, ברכה ארוסין benedictionem Sponsaliorum dictam, adhibito vini vel cerevisiæ poculo recitat. γ) Eormula benedictionis illius hæc est: δ) כִּי אִמְרוּ אֲנִי וְהַבְּרִילָנוּ מִן הָעֲרִוּוֹת וְאִסַּל לָנוּ אֵר אֵל תַּחֲרוּסוֹת וְהַחִיר לָנוּ אֵרֶה הַנְּשׂוּאוֹת עִי חוּפָה וּקְדוּשׁוֹן אֵרֶה מִקְרַשׁ יִשְׂרָאֵל. Benedictus sit Dominus DEus noster, Rex mundi, qui nos præceptis suis sanctificavit, & à seortatione separavit, desponsatas nobis prohibuit, & per Chuppam ac desponsationem ductus concessit. Benedictus sit Dominus DEus, sanctificans Israël.

- β) Minhagim : Er thut der כִּירָה (Braut) des הָתָן (Bräutigams) Talles auff den Kopf / u.
 γ) Minhagim : Der die ברכה macht (der den Segen spricht) nimt ein Glas / und macht ארוסין ברכה spricht den Verlobniß : Segen.) In etlichen קהלות (versammlungen) nimt man ein eng Glas zu einer בחולה (Jungfrau /) und ein weit Glas zu einer אלמנה (Witfrau.) Deñ טעם (die ursache) weiß man wohl / warum? /

δ) vid. Buxtorf de Sponsal. part. I. §. 56. p. 72. Selden. Lib. II. Uxor. Hebr. c. V II. pag. 111.

§. XVI.

Finitâ hæc Benedictione, poculum Sponsi ac Sponsæ bibendum porrigit, atqve mox accepto à Sponsi annulo pronubo, par testium advocat, qvarens: probusne sit annulus & nummuli valori exequendus? ε) Id illis affirmantibus, in testium præsentia Sponsus annulum digito Sponsæ indici ζ) induens ait: η) הֲרִי אֵת סְקוּרְשֵׁת לִי בְטַפְעֵרָה זו רְכַזֵּת מִשֵּׁה וְיִשְׂרָאֵל. En desponsata mihi es hoc annulo, secundum ritum Moysi & Israëlitis.

- ε) Minhagim : Wenn ברכת ארוסין aus ist / da gibt man dem הָתָן (Bräutigam) zu trincken und der כִּירָה (Braut.) Darnach gibt der הָתָן (Bräutigam) das

das טבע קדושי (den Trauring) dem רב
(Rabbi) und der רב (Rabbi) ruft ר-ר זעugen
und weist es ihnen / ob es פרוחה שור (eines
Hellers werth) ist. &c.

¶ In fingendus autem est annulus indici digito, שמאל הגורר
qui juxta pollicem est. Quare huic, non alteri sit
digito aptandus, quidam Judæus baptizatus, Vi-
ctor de Carben in opere contra Judæos Cap. II.
Colon. Ao. 1509. ed. explicat: *Judæus Sponsus, inquit,
Sponse, tempore nuptiali annulum oblaturus, dili-
genter animadvertere debet, an indicem exporrigat
Sponsa, cui annulus immitti debet, ne scilicet an-
nulus, medio imponatur digito, in quo, scribunt,
Mariam viro Josepho desponsatam, annulum sus-
cepisse & gestasse: Unde nulla Judæa annulum in
medio digito in hunc diem portat. Hæc ille.*
Utrum hæc Judæorum constans sit doctrina, non-
dum liquet. Clarissimus Buxtorffius, se illud in
ipsorum libris nondum invenisse scribit in *de Spons.
& divor. dissert. S. 57. p. 72.* Quas Pontificii aliàs
traditiones habeant de virginis Deiparæ annulo
pronubo, item alio argenteo, quo Joachim & Anna
dicuntur copulati, persulgatum est. Plura qui
desiderat, Joannis Baptistæ Lauri libelli *de annulo
pronubo Deiparæ virginis* consulat, ut & Andr.
Rivetii *Apologiam pro sanctissima virgine Maria*
Lib. 2. cap. 9. p. 282.

¶) in Col-bo fol. 86. col. 4. Item in Sever mitzvoth gadol,
in præceptis affirmativis, fol. 125. col. 4.

§. XVII.

Cautum verò est, ne gemma annulo inserta sit, ad præca-
vendam fraudem, quæ adulterinam pro verâ, vilem pro pretiosâ
offerendo possit adhiberi, quâ ratione confirmatio irrita reddere-
tur. Probant id ex verbis parentis: הן בתי נתתי לאיש
Filiam meam dedi viro. Ubi initiales literæ trium proximè se
in-

insequentium vocabulorum faciunt לָבֵן lapis, ultima autem vox si dividatur, procedit וְלֹא non esto. Ex puro igitur auro conficiunt annulum, eiqve plerumqve insculpunt verba votiva: כִּי טוֹב מִכָּל מַזְלֵי fortuna bona i. e. faustum felixqve sit. Qvam formulam in gratulationibus adhibere solent.)

b) Deut. XXII, 16. Minhagim: Man tor nit מקרש (trau' end) seyn mit einem Fingerlein (Ringlein) das ein Stein hot. Denn die (Braut) כלה wird meissen / es möchte mehr werth seyn / als es werth ist. Der מיטן (das Merckmahl darüber) ist ארש ארש (in diesen Spruch; Meine Tochter habe ich dem Mann gegeben / da in dem Hebräischen durch Räthe tebhos so viel heraus kömmet / als ob er sage: Ein Stein ist nicht dar.)

d) Buxt. de Sponsal. & divorc. §. 57. p. 73.

§. XIIX.

Annulo tradito, præsentibus duobus aliis testibus pacta dotalia clarâ voce præleguntur; Quorum instrumentum in hunc ferè modum concipi solet: k) כְּכָךְ לַחֲרֹשׁ בְּרַבֵּיעֵי כֶּשֶׁבֶת כֶּסֶף וְכֶסֶף לְמַנֵּי שְׁמֹנֶה מֵאוֹת פַּח וּיְנִיצִיָּאָה סָתָא דִּיהָבָא אַל נְהָרִי פְלוֹ וּפְלוֹ אִיךְ כְּמֵר פְלוֹ יֵצֵא אֵל לָה לְמַרְתָּ פְלוֹנִירָא בְּתוֹלְתָא בַת כְּמֵר פְלוֹ הוּי לִי לְאַנְתוֹ כֶּרֶת מְשֵׁה וּיִשְׂרָאֵל וְאַנְתָּא אֶפְלַח וְאִיקְרִי וְאִזְרִין וְאַפְרַנְסִיתִיכִי כִּהְלַכְתָּ גּוֹבְרִין יְהוּרִין דְּפִלְחִין וְמוֹקְרִין וְזִנִּין וְסַפְרָנְסִין לְנִשְׁיָהוֹן כְּקוּשְׁמָא וְהִיבְנָא לִיכִי מֵהָר בְּתוֹלִיכִי כְּסָפְזוֹ מֵאַתָּן רְהוּ לִיכִי מְדַאֲרִייתָא וְמוֹנֵיכִי וְכִסְטִיתִיכִי וְסַפִּיקִיכִי וְמִיעַל לִוְתִּיכִי כְּאוֹרְחָל אֶרְעָא וְצִנִּיָּאָה מַרְתָּ פְלוֹנִית בְּתוֹלְתָא דָּא וְהוּת לִיָּה לֹא פְלוֹ חָתָן דְּבִן לְאַיְתוֹ וְדָא נְרוּנִיא דְּחַנְעֵלָת לִיָּה בִּין בְּכֶסֶף בִּין בּוּהַב בִּין בְּכֶשֶׁפִּין בִּין בְּשׁוּמֵשִׁי דִּירָא בִּין בְּשׁוּמֵשִׁי עֵרְסָא סָךְ הַכֵּל קַבֵּל עֵלְיוֹ ר' פְלוֹ חָתָן דְּכֶן בְּסָךְ כֶּךְ וְכֶךְ דּוּקָאִישִׁי מֵהֶשְׁמֵשׁ טְבִי יִתְקוּלִי וְצְבִי ר' פְלוֹ חָתָן דְּבִן וְאוּסִיפְלַח עֵן דִּילִיָּה סָךְ כֶּךְ דּוּקָאִישִׁי מֵהֶשְׁמֵשׁ טְבִי וְתִקְלוּ בְּמַחְכָּה טִיחִיכִי דְּלֵהוּ לָה בִּין חֵלְסָךְ כֶּךְ דּוּקָאִישִׁי מֵהֶשְׁמֵשׁ טְבִי וְתִקְלוּ בְּכַחְבַּתָּהּ

בכתיבתה וכך אמר לנא ר' פלו' חתן דנן אחריות וחומר
שטר בחובתא דנא קבילות עלי ועל ירחאי ברחאי
לאחרעה מן כח שפר ארג נכסין וקנינין דאית לוי תחת
כל שמיא דקנינא ודעתיר אנא למיקני נכסיו דאית לחון
אחריות ואגבן דלית לחון אחריות כלחון יהון אחראי
וערבאין למפרע מנהון שטר בחובתא דא קבילות עלי ועל
ירחאי ברחאי באחריות ובחומר כח שמרי בחובות דנהוגי
בבנות ישראל העשויים כתקון חז"ל מן יומא דנן ולעלם
דנא כאסמכתא ורלנא כטופסי דשטרי וקנינא מן ר' פלו'
חתן דנן למרת פלוניא בתולתא דנא ער כח מה דכתיב
ומפרש לער במנא דכשר למיקני ביה והכל שריר וקים:
Die quarto Septimanæ, qui est N. mensis N. Anni N. juxta sup-
putationem, qva hic Venetiis numeramus, urbe sita ad fluvios
N.N. Præstantissimus D. N. (qvem DEUS & Redemptor ejus
custodiat) dixit Marthæ N. Virgini, filix r̄ N. Esto mihi in
uxorem, secundum ritum Mosis & Israelis; ego vero colam hono-
rabo, nutriam, & sustentabo te, secundum consuetudinem Viro-
rum Judæorum, qui colunt, honorant, nutriunt, & sustentant
uxores suas, in veritate, & do tibi dotem virginittatis tuæ in pe-
cuniâ ducentos florenos, qui tibi ex Lege debentur, alimenta
item tua, vestimenta tua, & sufficientiam tuam (cætera necessã-
ria) consuetudinem item, secundum viam omnis terræ: Ad hoc
Martha N. Virgo ista acquievit & consensit, fuitque ipsi D. N.
Sponso huic in uxorem. Hæc vero est Dos, qvæ illa attulit ad ip-
sum N. N. tum in argento, tum in auro, tum in ornamentis, tum
in suppellectili domestica, & lectorum: qvam summam totam
accepit super se D. N. Sponsus iste, in tali & tali summa ducatorum
solarium bonorum & justî ponderis, cui ipse de suo addidit ei ta-
lem & talem summam ducatorum solarium bonorum & justî pon-
deris, pro donatione, ita ut (sponsa) habeat in universum talem
summam ducatorum solarium bonorum & justî ponderis, in
dote sua. Porrò sic nobis dixit Dn. N. Sponsus iste. Hanc cau-
tionem & gravitatem (vim, valorem) literarum harum dotalium
recepti ego pro me & meis hæredibus, me soluturum ex omni-
bus optimis meis facultatibus, quas sub toto cœlo habeo, &
qvæ sum comparaturus. Facultates tam illæ, qvæ habent redim-
tum

tum vel certam cautionem (quales sunt fundi & bona immobilia) quam illæ, quæ non habent (ut sunt bona mobilia); omnes illæ erunt oppignoratæ & hypothecæ nomine datæ, ut ex illis solvatur scriptum hoc dotale. Ita recepi pro me, & pro hæredibus meis post me, secundum cautionem, vim & efficaciam omnium literarum dotalium, usitatarum inter filias Israël, factarumque secundum omnia requisita Sapientum nostrorum, à die hoc in seculum, non tanquam vulgarem epistolam, vel apographum literarum. Sic spondetur à Dn. N. Sponso, ipso Marthæ N. Virgini huic, secundum omnia suprâ scripta & exposita, prout legitime id fieri oportet: Omniaque sunt rata & firma.

*) Hanc instrumenti dotalis formulam cum aliis nonnullis Buxtorfius ad finem Dissertationis de Sponsalibus & divortiiis p. 160. adjecit. Aliam ex Maimonide aliisque Hebræorum Ritualibus exhibet Seldenus *Lib. II. Uxor. Hebr. c. X. pag. 118. seqq.*

§. XIX.

Publicationem pactorum dotalium excipit **Benedictio** nuptialis ברכת נישואין *Benedictio numerarum* dicta à priori illa sponsalitia cautè distingvenda, quam pari cum priore modo, adhibito vini aut cerevisiæ poculo recitat, additis postea *seprem*, quas laudant, *benedictionibus*: λ) Formula hæc est: μ)
 ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם שהכל כרא לכבודו
 ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם יוצר האדם
 ברוך אתה יהוה אלהינו מלך אשר יצר את האדם בצלמו
 ובצלם דמות תבניתו והתקין לו ממנו בנים ערי ער ברוך
 אתה יהוה יוצר האדם שוש תשיש והגל עקרה בקיבוץ בניה
 לתוכה בשמחה ברוך אתה יהוה משה ציון כבנירה
 שמה תשמה רעים האהובים כשמחך יצירך בן ערן מקדם
 ברוך אתה יהוה משמח חתן וכלה ברוך אתה יהוה מלהים
 מלך העולם אשר כרא ששון ושמחה חתן וכלה גילה רינת
 דיקה חרה אהבה ואורה ושלום ורעות מהרה יהוה אלהינו
 ישמע בערי יהודה ובחוצות ירושלם קול ששון וקול שמחה
 קול

קול חתן וקול כלה קול מצהלות' חתנים מחפתם ונערים
 ממשחה נגינהמכרוך אתה יהוה משמח חתן עם הכלה
 ברוך אתה יי אלהינו מלך העולם ברוך פרו הנפז:
 Benedictus sis Domine DEus noster, Rex mundi, qui univer-
 sa creavit in gloriam suam. Benedictus sis Domine DEus
 noster, Rex mundi, creator hominis. Benedictus sis Domi-
 ne DEus noster, qui creavit hominem ad similitudinem su-
 am, & ad similitudinem imaginis archetypi sui, & præparavit
 ei ex seipso structuram seu ædificium usque in seculum. Benedi-
 ctus sis Domine DEus noster creator hominis, gauden-
 do gaudebit & exultabit sterilis colligendo liberos suos in si-
 num suum in lætitia. Benedictus sis Domine DEus noster, qui
 lætari facis Sion in liberis suis. Lætando lætari fac par hoc
 amatum juxta lætitiã à te donatam creaturæ tuæ in horto E-
 den ab antiquo. Benedictus sis Domine DEus noster, qui lætari
 facis Sponsum & Sponsam. Benedictus sis Domine DEus nos-
 ter, Rex mundi, qui creavit gaudium & lætitiã Sponso & Spon-
 sã, exultationem, cantum, hilaritatem, jubilationem, amo-
 rem, fraternitatem, pacem & amicitiam. Confestim Domine
 DEus noster, audiatur in urbibus Judææ & in plateis Jerusalem
 vox gaudii & lætitiæ, vox Sponsi & Sponsæ, vox affectus mutui
 Sponsorum ex Chuppâ suâ, & pueri è choro modulationis suæ.
 Benedictus sis Domine DEus noster, qui lætari facis Sponsum
 cum Sponfa. Benedictus sis Domine DEus noster, Rex mundi,
 qui creas fructum vitis.

א) Minhagim: Man leiht (lieset) hernach die תורה
 (Ehestiftung) und nimmt ein ander Glas / denn
 man macht nit ברכת ארוסין (den Verlöbnuß-
 Segen) und ברכת נשואין (den Hochzeit-segen)
 auff ein Glas man soll die מצוה (Gebot) theilen.
 Ach hat man vor Jahren ארוסין ברכת (den
 Verlöbnuß-segen) gemacht lang dervor / ehe
 man ברכת נשואין (den Hochzeit-segen) ge-
 macht hat. Und saget darnach שבע ברכין
 (die sieben Segen) auff das ander Glas.

μ) Vid. Seld. Ux. Hebr. Lib. II. cap. XII. pag. 129. seqq.
 Ubi tamen notandum, in hac formulâ verba quædam

dam vel omitti vel immutari Sponsæ intuitu quæ
 vel virgo, vel vidua est, dum cum Sponso conse-
 cratur. Minhagim: אצאתי (ich habe auch dieses
 befunden) einer אלמנה (Witbe) loth man aus
 zum hintersten: (egregium sane lingvæ Judæo-
 Germanicæ idiotismum! vult dicere: lasset man
 zu Ende des Seegens diese Worte:) ששמה חתן
 והכלה (der da erfreuet den Bräutigam und die
 Braut.) Und zu einer בתורה (Jungfer) loth
 man aus: משמה חתן עם הכלה. (der du erfreuest
 den Bräutigam mit der Braut /) denn die כלה
 בתורה (Jungfer Braut) ist nit ganz frölich / den
 sie gedenkt / was da hot darnach zu kommen. Conf.
 Aloyl. Novar. *Elect. Sacr. L. VI, C. 46. p. 123.*

§. XX.

Post hanc alteram benedictionem, Sponso ac Sponsæ
 alterâ quoque vice poculum vini propinatur, quod ubi sub
 Chuppâ umbrâ ebiberunt, Sponsus prius illud poculum, post
 priorem benedictionem oblatum, quod manu adhuc tenet,
 confringit, ad parietem si virginem ducat, in terram verò, si
 viduam, projiciendo; Idque in memoriam Templi Hierosoly-
 mitani devastati. v)

v) Minhagim: Man gibt dem חתן (Bräutigam) und כלה
 (Braut) zu trincken / und der חתן (Bräutigam)
 bricht das Glas von זכר לחרכו וזכר לירוכו
 (den Verlobnüss: Seegen / zum Andencken der
 Verwüstung.) Et paulo post: Der חתן (Bräu-
 tigan) wirfft das Glas an die Wand / wenn es
 eine בתורה (Jungfrau) ist / und zu einer אלמנה
 (Witbe) wirfft ers wieder die Erde.

§. XXI.

Fracto poculo Chuppa solvitur, atque ad convivium
 nuptiale seceditur; Quare & nos ita, quæ Chuppam proprius
 spectabant, perlustratis, ceremonias quoque linquimus.

§. XXII.

VI. *Finis* saltem restat harum ceremoniarum, qui triplex ⁶⁾ *Finis.*
 esse potest. Faciunt enim tum ad *honestatem*, tum ad *commo-
 nitionem*, tum denique ad *mysticam significacionem.* §. XXIII.

§. XXIII.

Ad *honestatem*, ut decenter omnia atqve ordine gerantur, & suus matrimonio per hanc solemnitatem constet honor, nempe quod in libro החנוך §) observatur, ideo hos Chuppæ ritus introductos tradunt, עליה כבא על הזונה מכרי מעשר, אחר קודם מיניהם שלא יבוא *ne* (Sponsus) *ad eam* (Sponsam) *veniat, sicut quis venit ad scortum, sine ullâ precedentâ actione.*

§) Fol. 205, col. 2.

§. XXIV.

Ad *commonitionem*, ut sui muneris Conjuges admoneantur, Chuppæ hujus, sub cujus umbra fidem sibi invicem promiserê perpetuò memores. Uxoris potissimum, ad contumaciã & adulteria pronã & subindè declinantis sit commonitorium. כרו שתתן האשה אל לבא לעולם שהיא קנויה לאותו האיש ולא תזנה תחתיו ולא תמרוד בו ותחזן לו יקר ודור לעולם כעבר לארובו *ut mulier animo suo perpetuò recolat, quòd sit empta ab illo viro, ac proinde sibi caveat, ne vel clam ipso scortetur, velei rebellet & obstrepat, sed potius honorem ei semper deferat, ut servus Domino suo.*

o) Vid. Buxt. de Sponsal. & divort. S. 64. p. 76.

§. XXV.

Ad *mysticam significationem*, ut tam *Spiritualis unio* Christi & fidelium, qualem sub hoc schemate in Cantico Canticorum Salomonæo pulcherrimè deductam cernimus, quam *personalis in tremendo incarnationis Mysterio facta* ad umbretur, quo מתיישב-הויה היא illa spectat, de quâ nunc porro sectione alterâ dispiciemus.

SECTIO POSTERIOR,
THEOLOGICO - EXEGETICA,

CAP. I.

VARIA VETERUM ET RECENTIUM
VERBI ΕΠΙΣΚΙΑΖΕΙΝ INTERPRE-
TAMENTA.

Utilitas cognitionis rituum Judaicorum.

§. I.
E Alluntur utiqve, quotquot animi tantùm recreandi, aut terro-
poris fallendi ergò suscipi putant veterum Rituum confide-
rationem.

rationem, qualem superiori sectione de Chuppâ Hebræorum institutum, cum ad interpretationem Scripturæ sacræ dici nequeat, quantum adferat emolumentum, adeo, ut Flacius, doctissimus Scripturæ interpres, in Clavi sua *a*) caput integrum de necessitate cognitionis variarum rerum potissimum in communi vita existentium, tum omnibus gentibus Communium, tum Israelitis propriarum, ad intellectum sermonis sacrarum literarum, scripserit. Ac possemus id exemplo ritus Chuppæ latissimè demonstrare, si omnia Scripturæ loca cum veteris, tum Novi Testamenti, quæ lucem hinc accipiunt, excutere vellemus. Sufficiat in præsentem Vox unica, verbum nempe ἐπισημαίνω Luc. I, 35. In quo verbo nondum satis se expedisse videntur Veteres, ut annotavit Dan. Heinsius in Exercitationibus acris; *b*) imò nec recentiores omnes videntur satis illud declarasse, licet in eo ferè consentiant, magnum pietatis mysterium de incarnatione filii Dei eo significari.

a) part. 2. Clav. Scr. S. tr. VI. 577.

b) lib. III. Exerc. Sacr. I. f. 137.

§. II.

Quamvis vero idem verbum nos admoneat imbecillitatis nostræ, & quod non temere in anxiam mysterii adeo tremendi perquisitionem nos demittere deceat, quod duumviri illi de Ecclesia meritissimi, Chemnitius & Glasius, egregiè observarunt. Ille in Harmonia Evangelia: *c*) Hæc summa, inquit, sunt miracula, quæ fides nostra reverenter credit, mens autem comprehendere non potest. Et propter hanc causam Angelus utitur verbis superveniendi & obumbrandi, quorum emphasis & proprietatem non satis assequimur &c. Et rursus: Sicut in revelatione divinitatis, obumbratio nobis olim interposita fuit, Cherubim etiam obumbrant arcam fœderis 2, Par. V. 8. & Seraphim tegant faciem, Jes. VI, 2. ita ne curiosus in mysterium incarnationis filii DEI inquiramus, virtus Altissimi obumbraculum interposuit. Alter in Philologia sacra, *d*) Esto igitur, inquit, hæc umbra à temeraria hujus mysterii perquisitione ἀποτροπή. Meminerimus, nubem esse quasi obductam, quam non debeamus temere percurrere. Sicut Cherubim obumbrant arcam fœderis & propitiatorium 2. Par. V, 8. ne quis scilicet השכינה seu Majestatem DEI super eo habitantem curiosius intueri desideraret. Sic virtus Altissimi

um-

ambra[m] obduxit τῆς ἐνσαρκώσεως τῆ λόγῳ mysterio, ne in modum ejus curiosius, ratione nostra stulta, inquiramus. Facilius tamen & longè rectius illius emphasis penetratur, si ritum Chuppæ hætenus memoratum conferamus, è quo depromptum esse hoc verbum atque ad indicandam rem mysterii plenissimam adhibitum, inferius ostendam.

c) Chemn. Harm. cap. IV. p. m. 55 56.

d) Glass. lib. V. Philol. S. IV. I. c. IIX. sub finem p. 1181. (187.)

§. III.

Cæterum non est animus, sententias Autorum sive veterum, sive recentium, quæ maximè ab invicem abeunt, ad examen revocare, quæve in iis vel approbanda, vel repudianda sint, præmissò accuratori scrutinio exprimere. Novi enim etiam inter Orthodoxos non consentire omnes, inter quos arbitrari, religio mihi meritò est. Veram esse totius propositionis interpretationem præsuppono, quâ δύναμις ὑψίστη, virtus Altissimi, de quâ ἐπισκιάσις, aut ἐπισκίασις obumbratio prædicatur, est ipse DEI Filius humanam naturam in Beate Virginitis Mariæ utero assumens; sicuti me docuit meritissimus de me, ac tota Academia, quin & de universâ JESU Ecclesia Præceptor, Magnificus Dn. D. Jo. Adamus Scherzerus, cujus à multis retrò annis informationem fidelissimam, nec non innumera, quibus me alienigenam cumulavit, beneficia haud dignè satis collaudare possum. Virtus Altissimi, inquit ille in Breviario Theologico e) (i. e. Filius DEI, 1. Cor. I. 24.) obumbravit tibi (ἐπισκιάσει σοι uterum tuum sui conceptu replebit.)

e) §. XXVI. p. m. 45.

§. IV.

Placet interim, absque nimio defectu obvias Patrum pariter & neotericorum Theologorum ac Philologorum explicationes hîc recensere, non tam ut inde varietas interpretationum appareat, quam ut necessitas cognitionis rituum Judaicorum commendetur. Etsi enim nonnulli egregie locum exposuerunt, nec ulla ratione reprobandi, quia modis omnibus tum ob alia in Ecclesiam merita, tum in primis ob diligentem Scripturæ Sacræ interpretationem, & operam

operam in hujus quoque loci enucleationem laudabiliter impensam aestimandi sunt; exemplo tamen suo plerique demonstrarunt, vera esse, quæ doctissimus olim Constantinus L'Empereur ab Oppyck scribebat: f) Desudatur frustra, cum ea, quæ rituum Judaicorum luce egent, aliò variâ subtilitate detorquentur. Conferat ea Lector atque ipse dijudicet.

f) *Præf. ad R. Mosi Kimchii ὁδὸν πορείαν.*

§. V.

Sic autem procedemus, ut Græci primùm audiantur, quo- *Explicati-*
rum nobis triga suffecerit. Primus esto Gregorius Nyssenus, Ba- *ones Pa-*
filii Magni frater, major natu, sed posterior mortuus seculo IV. *trum.*
Quid significat, inquit, g) arcanus hic sermo? (Virtus Altissimi *Græcorum*
obumbrabit tibi.) Christus DEI virtus est & sapientia, ut ait
Apostolus. Virtus igitur Altissimi, quæ Christus est, per adventum
Spiritus S. formatur in Virgine. Quomodo enim umbra
ad precedentium corporum figuram effingitur, sic forma & indi-
cium divinitatis DEI in virtute ipsius, qui paritur, ostenditur, &
imago & signum & adumbratio, & splendor exemplaris per ad-
mirabilem rerum effectiorem demonstrabitur.

g) *Orat. in diem Natal. Christi.*

§. VI.

Secundus, Johannes Damascenus, qui seculo IIX. floruit,
Beda σύγχρονος. Is cum de modo conceptionis DEI verbi,
& divinâ ejus incarnatione agit, ad hunc quoque Πιστικισ-
μὸν delatus, sic inter alia: b) Μαλὰ τὴν συγκάλα θεου τῆς ἁγίας
παρθένου, πνεῦμα ἅγιον ἐπέληθεν ἐπ' αὐτὴν κατὰ τὸν τῆς κρυφῆς
λογον, ὃν εἶπεν ὁ ἀγγελος, καθαῖρον αὐτὴν, καὶ δύναμιν δευτικὴν
τῆς τῆς λόγου θεότητος παρέχον, ἀμα δὲ καὶ γεννητικὴν. Καὶ
τὸτε ἐπισκίασεν ἐπ' αὐτὴν ἡ τῆς θεῆς τῆς ὑψίστης ἐνυπόστατος σοφία
καὶ δύναμις, ὁ υἱὸς τῆς θεῆς, ὁ τῷ πατρὶ ὁμοούσιος, ὁμοειθεὶς
σπῆρος. Καὶ συνέπειξεν ἐαυτῷ ἐν τῶν ἀγνῶν καὶ καθαρωτάτων
αὐτῆς αἱμάτων, σὰρκα ἐψυχρωμένην ψυχῆτε λογικῆτε καὶ νοσηρᾷ
ἀπαρχῆν τῆς ἡμετέρας φεραμένην, ἐσπερματικῶς, ἀλλὰ δημοκρα-
τικῶς διὰ τῆς ἁγίας πνεύματός, ἐ ταῖς καλὰ μικρὸν παροθηκτικῶς
ἐπαρρηγομένης τῆς χήματός, ἀλλ' ὑφ' ἐν τελειωθέντος. Post

E

consecr-

consensum sanctæ Virginis, Spiritus Sanctus supervenit in eam, juxta sermonem Domini, quem dixerat Angelus intruens ipsam, & virtutem divinitatis verbi susceptivam præbuit, simul autem & generativam. Et tunc obumbravit ei, DEI altissimi, in sua subsistens hypostasi, sapientia & virtus, filius DEI, patri consubstantialis, velut divinum semen. Et construxit sibi ipsi ex castis & purissimis sanguinibus carnem animatam anima rationali & intellectuali, primitias nostræ conserpionis, non cum semine, sed conditorio opere per Spiritum Sanctum: Non paulatim per additamenta, expleta figura, sed uno contextu absoluta.

b) Lib. III. de Orthodoxâ fide, c. II. f. 166.

§. VII.

Hic interspergere liceat, quæ ad Damasceni mentem explanandam commentatus est Jodocus Clichtovens: Habet sanè, inquit, i) umbra corporalis quandam in se luminis imminutionem & deficientiam, ut non tam clarum & splendidum sit lumen in umbra sicut extra umbram, sed factum remissius atque languidius ex umbrâ permixtione & offuscatione. Atque lux divinitatis immensa, in sue claritatis splendore eximio manens, non potuisset à sancta Virgine capi, aut facile percipi, ob immensitatem sui fulgoris. Quomodo enim finitus & contractus oculus, infinitam comprehendet lucem? Itaque Spiritus Sanctus obumbrationem fecit in beatâ virgine, & ita obtendit umbraculum sue virtutis, ut temperatam & ad mediocritatem quandam reductam divinitatis lucem, ipsa in sacro filii DEI conceptu capere posset.

i) Comment. in Damascenum fol. 169.

§. IIX.

Tertius inter Græcos sit Chrysofomi epitomator Theophylactus, non seculi noni, quod Baronius & Bellarminus volunt, sed uti Vossius k) probatum dedit, undecimi Doctor, qui enarratione in Lucam: Virtus Altissimi, inquit, l) Filius est DEI Christus enim DEI virtus est. Obumbrabit tibi, h. e. conteget te, hoc est, undique te circumdabit. Sicut avis obumbrat pullos suos totos alis suis complectens, ita & divina virtus totam virginem apprehendit, & hoc est obumbrare. Alius autem quispiam fortassis dicit,

dicet, quod sicut pictor primum delineat, & umbras inducit, & deinde perfectum colorem addit: Ita & Dominus ipse sibi carnem condens, & imaginem hominis formans, primum delineavit illam in utero virginis, compacta ex sanguinibus semper virginis carne, quam deinde paulatim figuravit. Sed hoc dubium. Sunt enim qui dicunt, quod ubi umbravit uterum virginis, statim perfectus fuerit infans.

k) Dissert. III. de Symbol. p. 92.

l) ex editione Philippi Montani fol. 119.

S. IX.

E Latinis primum merito locum ætatis privilegio *Hila-Latinorum* rius occupat, utpote seculo IV. Athanasii æqualis, qui conceptionis dignitatem commendaturus hæc Angeli verba laudat: *Spir. S. desuper venit in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, & addit: in) Spir. S. desuper veniens virginis interiora sanctificavit, & in his spirans (quia ubi vult Spiritus, spirat) natura se humane carnis immiscuit, & id quod alienum à se erat, vi sua ac potestate presumpsit: atque ut ne quid per imbecillitatem humani corporis dissideret, virtus altissimi virginem obumbrat, infirmitatem ejus veluti per umbram circumfusam confirmans, ut ad sententiam ineuntis Spiritus efficaciam substantiam corporalem divine virtutis inumbratio temperaret. Hæc conceptionis est dignitas.*

m) lib. 2. de Trinitate, fol. 20.

S. X.

Hilarium excipit *Ambrosius* ejusdem seculi Episcopus Mediolanensis, qui cum operationem Spir. S. in aquis baptismatis per exempla & figuras comprobaret n) & nubis meminisset ex *1. Cor. X, 12.* sub qua fuissent Patres, exclamassetque: *Et bona nubes, que carnalium refrigeravit incendia passionum. Bona nubes obumbrat, quos revisit Spir. S. addit: Denique supervenit in Mariam virginem, & virtus Altissimi obumbravit ei, quando redemptionem genti genuit humana.*

o) lib. de his qui Mysteriis initiantur, cap. III. Tom. I. Opp. fol. 376. D.

§. XI.

Ambrosio succedit *Augustinus*, qui initio sequentis demum seculi V. inlaruit. Is in libro quinquaginta homiliarum n) verba: *virtus Altissimi obumbravit tibi*, sic $\omega\epsilon\iota\Phi\acute{o}\lambda\epsilon\alpha$, quasi dixisset Angelus: *Non timeas estum libidinis sub tanta umbraculo sanctitatis*. Alibi verò in libro quæstionum è Vet. & N. T. (si isquidem liber Augustini est,) aliter: o) *Altissimi virtus, inquit, sine dubio Christus est: Hoc enim ad ipsius personam pertinet. Superveniens ergo Spiritus S. in virginem, sanctificavit eam opere suo efficiens corpus sanctum ex ea, in quo virtus, quæ dicitur DEI filius, nasceretur: Cujus obumbratio in virginem, h. e. ut de immensitate divinitatis aliquid esset in utero virginis, quantum posset capere natura humana, quod quasi ex splendore obumbratio diceretur, virtus DEI esset, qui DEI virtus nec non & DEUS.*

n) Homil. XLIV. cap. IV Tom. X. Opp. fol. 179. B.

o) part. II. quæst. LI. Append. ad Tom. IV. Opp. fol. 21. A.

§. XII.

Augustino jungimus *Bernhardum*, septem licet seculis ceteriorem: *Quid est*, inquit, p) & virtus Altissimi obumbrabit tibi? *Qui potest capere, capiat. Quis enim, exceptâ fortassis illa, quæ hoc sola in se felicissimè meruit experiri, intellectu capere, ratione discernere possit, qualiter splendor ille inaccessibilis virgineis sese visceribus infuderit, & ut illa inaccessibilem accedere ad se ferre potuisset, de portiuncula ejusdem corporis, cui se animatè contemperavit, reliquæ massæ umbraculum fecerit? Et fortasse propter hoc maxime dictum est, obumbrabit tibi, quia res nimirum in sacramento erat, & quod sola per se Trinitas in sola & cum sola virgine voluit operari, soli datum est nosse, cui soli datum est experiri. Dicatur ergo: Spiritus S. superveniet in te, qui utique sua potentia fecundabit te. Et virtus Altissimi obumbrabit tibi, hoc est, illum modum, quo de Spiritu S. concipiens, DEI virtus & DEI sapientia Christus. Sic in suo secretissimo consilio obumbrando conteget & occultabit, quantum sibi tantum notus habeatur & tibi. Ac si Angelus respondeat*

deat ad virginem. Quid à me requiris, quod in te mox experieris? Sciens scies, & feliciter scies, sed illo doctore, quo & auctore.

p) Homil. IV. super Missus est, fol. 32. K. L.

§. XIII.

Bernhardo quinque seculis antiquior est Gregorius Magnus, cujus Moralium libri satis etiamnum celebrantur, de quibus in Concilio Toletano VII. desideratis atque ab ipsomet Gregorio in Bibliotheca Vaticanâ apparente, ubi laterent, monstratis, insignem fabellam recitat Rodericus Toletan. q) In illis ergo sic de hac obumbratione: Quia umbra, inquit. r) non aliter exprimitur nisi per lumen & corpus, Virtus Altissimi virgini obumbrabit quia in ejus utero lux incorporea corpus assumsit. Et alibi: s) Umbra, inquit, lumine formatur & corpore: Dominus autem per divinitatem lumen est, qui, mediante animâ in utero virginis fieri dignitas est per humanitatem corpus. Quia ergo lumen incorporeum in virginis utero erat corporandum, ei qua incorporeum concepit ad corpus, dicitur Virtus Altissimi obumbrabit tibi, id est, corpus in te humanitatis accipiet incorporeum lumen divinitatis.

q) lib. II. Rerum Hispan. c. 20.

r) lib. XXX. Cap. 3.

s) lib. XIII. Cap. 12.

§. XIV.

Gregorio M. accedit Beda, Presbyter seculi IIX. in Angliâ venerabilis; qui suâ in Lucam expositione: t) In eo, inquit, quod ait: Et virtus Altissimi obumbravit tibi; potest etiam incarnati Salvatoris utraque natura designari. Umbra quippe, à lumine solet & corpore formari. Et cui obumbratur, lumine quidem vel calore solis quantum sufficit reficitur, sed ipse solis ardor, ne ferri nequeat, interposito vel nubiculo levi, vel quolibet alio corpore temperatur. Beata itaque virgini quia quasi pura homo omnem plenitudinem divinitatis corporaliter capere nequibat, virtus Altissimi obumbravit, id est incorporea lux divinitatis corpus in ea suscepit humanitatis. De qua pulchrè Prophetâ: Ecce dominus, inquit, ascendit super nubem levem, & ingredietur Aegyptum, quod est dicere, Ecce verbum Dei Patri coeternum, lumenque

§. XI.

Ambrosio succedit *Augustinus*, qui initio sequentis demum seculi V. inlaruit. Is in libro quinquaginta homiliarum n) verba: *virtus Altissimi obumbravit tibi*, sic $\pi\epsilon\lambda\phi\delta\alpha\zeta\epsilon\alpha$, quasi dixisset Angelus: *Non timeas astum libidinis sub tanta umbraculo sanctitatis*. Alibi verò in libro quæstionum è Vet. & N. T. (si is quidem liber Augustini est,) aliter: o) *Altissimi virtus, inquit, sine dubio Christus est: Hoc enim ad ipsius personam pertinet. Superveniens ergo Spiritus S. in virginem, sanctificavit eam opere suo efficiens corpus sanctum ex ea, in quo virtus, quæ dicitur DEI filius, nasceretur: Cujus obumbratio in virginem, h. e. ut de immenstrate divinitatis aliquid esset in utero virginis, quantum posset capere natura humana, quod quasi ex splendore obumbratio diceretur, virtus DEI esset, qui DEI virtus nec non & DEUS.*

n) Homil. XLIV. cap. IV Tom. X. Opp. fol. 179. B.

o) part. II. quæst. LI. Append. ad Tom. IV. Opp. fol. 21. A.

§. XII.

Augustino jungimus *Bernhardum*, septem licet seculis ceteriorem: *Quid est*, inquit, p) & virtus Altissimi obumbrabit tibi? *Qui potest capere, capiat. Quis enim, exceptâ fortassis illa, quæ hoc sola in se felicissimè meruit experiri, intellectu capere, ratione discernere possit, qualiter splendor ille inaccessibilis virginis sese visceribus infuderit, & ut illa inaccessibilem accedere ad se ferre potuisset, de portuicula ejusdem corporis, cui se animatè contemperavit, reliquæ massæ umbraculum fecerit? Et fortasse propter hoc maxime dictum est, obumbrabit tibi, quia res nimirum in sacramento erat, & quod sola per se Trinitas in sola & cum sola virgine voluit operari, soli datum est nosse, cui soli datum est experiri. Dicatur ergo: Spiritus S. superveniet in te, qui utique sua potentia fecundabit te. Et virtus Altissimi obumbrabit tibi, hoc est, illum modum, quo de Spiritu S. concipiens, DEI virtus & DEI sapientia Christus. Sic in suo secretissimo consilio obumbrando conteget & occultabit, quantum sibi tantùm notus habeatur & tibi. Ac si Angelus respon-*
deat

deat ad virginem. Quid à me requiris, quod in te mox experieris? Sciens scies, & feliciter scies, sed illo doctore, quo & auctore.

p) Homil. IV. super Missus est, fol. 32. K. L.

§. XIII.

Bernhardo quinque seculis antiquior est Gregorius Magnus, cujus Moraliū libri satis etiamnum celebrantur, de quibus in Concilio Toletano VII. desideratis atque ab ipsomet Gregorio in Bibliotheca Vaticanā apparente, ubi laterent, monstratis, insignem fabellam recitat Rodericus Toletan. q) In illis ergo sic de hac obumbratione: Quia umbra, inquit. r) non aliter exprimitur nisi per lumen & corpus, Virtus Altissimi virgini obumbrabit quia in ejus utero lux incorporea corpus assumpsit. Et alibi: s) Umbra, inquit, lumine formatur & corpore: Dominus autem per divinitatem lumen est, qui, mediante animā in utero virginis fieri dignitas est per humanitatem corpus. Quia ergo lumen incorporeum in virginis utero erat corporandum, ei quae incorporeum concepit ad corpus, dicitur Virtus Altissimi obumbrabit tibi, id est, corpus in te humanitatis accipiet incorporeum lumen divinitatis.

q) lib. II. Rerum Hispan. c. 20.

r) lib. XXX. Cap. 3.

s) lib. XIII. Cap. 12.

§. XIV.

Gregorio M. accedit Beda, Presbyter seculi IIX. in Angliā venerabilis; qui suā in Lucam expositione: t) In eo, inquit, quod ait: Et virtus Altissimi obumbravit tibi; potest etiam incarnati Salvatoris utraque natura designari. Umbra quippe, à lumine solet & corpore formari. Et cui obumbratur, lumine quidem vel calore solis quantum sufficit reficitur, sed ipse solis ardor, ne ferri nequeat, interposito vel nubiculo levi, vel quolibet alio corpore temperatur. Beatæ itaque virginis quia quasi pura homo omnem plenitudinem divinitatis corporaliter capere nequibat, virtus Altissimi obumbravit, id est incorporea lux divinitatis corpus in ea suscepit humanitatis. De qua pulchrè Propheta: Ecce dominus, inquit, ascendit super nubem levem, & ingredietur Aegyptum, quod est dicere, Ecce verbum Dei Patri coeternum, lumenque

de lumine ante secula natum Carnem in fine seculorum atque animam nullo peccati pondere gravatam suscipiet, & de utero virginali tanquam sponsus de thalamo suo procedet in mundum.

†) Tom. V. Opp. fol. 192.

§. XV.

Plura Veterum interpretamenta accumulare nihil attinet. Ad recentiores pergo, quos ita distribuam, ut primum *Orthodoxi*, deinde *Pontificii*, hinc *Calviniani*, denique & *Critici* prodeant.

§. XVI.

Lutheranorum.

Ex *Orthodoxis* duum viros illos, superius laudatos, *Chemnitium* & *Glasium* præ cæteris attendimus. Sic autem *Chemnitius* in Harmoniâ: *Syrus*, inquit, *habet verbum, quod simpliciter significat protegere. Sed major est emphasis verbi ετισκιάζειν. Usurpatur enim de peculiari ratione presentie, operationis & defensionis divine. Sic Græci reddiderunt Deut. XXXIII, 12. DEUS σκιάζει ἐπὶ αὐτῷ & Exod. ult. v. 35. Et operuit nubes tabernaculum, & non potuit Moses ingredi tabernaculum, ὅτι ετισκιάζει ἐπὶ αὐτῶν ἡ νεφέλη. Ira de transfiguratione Christi Matth. XVII, 5. Marc. IX, 7. Luc. IX, 34. Lucida nubes obumbravit ipsis. Sicut igitur, quando peculiari modo voluit Majestatem suam revelare, ut homines mortales eam ferre possent (scriptum est enim: Exod. XXXIII, 20. Non videbit me homo, & vivet) umbraculo quodam nubis eum obumbravit: Ita in hoc omnium summo modo presentie, inhabitationis & operationis divine Majestatis, virtus altissimi obumbrabit, inquit angelus, ut possit fieri illa, omnem etiam Angelorum captum excedens, unio divine Majestatis & humane Naturæ in unam personam Christi.*

x) Cap. IV. p. m. 55. 56.

§. XVII.

Glasius in Philologiâ Sacrà: y) *Emphaticos*, inquit, *insignia verbum obumbrare (q. d. umbram prestare) est, cum de mirando conceptionis Christi in Maria mysterio usurpatur. Luc. I, 35. Et respondens Angelus, dixit ei: Spiritus S. superveniet te, & virtus Altissimi ετισκιάσει σοι obumbrabit tibi. Quæserat Maria admi-*

admiratione nunciū Angelici stupens, vers. 34. Quomodo erit illud quandoquidem virum non cognosco? Illud nimirum, de quo dictum erat vers. 31. Ecce concipiens in utero & paries filium, JESUM, qui simul filius Altissimi vocabitur &c. vers. 32. Hoc quomodo fieri possit, Maria querendo miratur, & mirando querit. Respondeturque ipsi ab Angelo, quod supernaturali & planè singularissimā Spiritus S. & virtutis Altissimi operatione, hoc tantum opus sit efficiendum. Ea verò operatio τὴν ἐπελεύσεως τὴν ἐπιστάσεως verbo per anthropopathian exprimitur. Prius generalius est, operationem Spiritus S. supervenientis notans (ut supra dictum); Posteriorius specialius, operationis illius modum aliquatenus exprimens, qui consistit tum in divina protectione, quam umbrae significationem metaphoricam esse paulo antè dictum est. Deus, ille ignis consumens, consumpsisset etiam Mariam, peculiariter eam implendo Majestate suā, nisi singularis obtectio & obumbratio divina intervenisset. Sicut Mosetiam in peculiari divine glorie apparitione manus DEI operatione & quasi Πιστάσεως opus fuit, ne à divinitatis apparentis Majestate absumeretur, Ex. XXXIII, 22. Tum in arcana fetus illius sanctissimi, in virginali utero Mariae, formatione & ab omni peccati labe defensione, & cum persona τῆς λόγῳ unitione mirandissimā Hanc emphasis ipsa umbrae vox innuit, quae luci contraria, & incomprehensibilis atque occulta ἐπεφύεως DEI index est, notata etiam nubis Πιστάσεως in tabernaculo federis, Exod. XL, 35. &c.

y) Lib. V. Philol. S. tract. I. cap. XIX. p. 181. (1016. seq.)

§. XIII.

E Pontificis itidem duo saltem audiantur, Maldonatus & Conzenius, Maldonatus: Suspicor, inquit, z) Graecum verbum Πιστάσῃ pro Hebraico נִבְרַח nube obducere id est implere. Nam nube pluvia significatur, quasi dicat, fore, ut viri Altissimi sic in virginem impluat, ut eam secundet, atq; gravidam efficiat, sicut solet pluvia a terra secundare. Quae interpretatio eò magis congruit, quod solet uterus mulieris in scriptura terra vocari, quod acceptū fore at semen, & germen producat. In quam sententiam illud veteres auctores citare solent: Confiteantur tibi populi DEus, confiteantur tibi

Pontificio-
rum.

tibi populi omnes, terra dedit fructum suum, id est, uterus virginis
Salvatorem peperit (Psal. LXVII, 6. 7.) & illud: etenim Dominus
dabit benignitatem & terra nostra dabit fructum suum (Psal.
XXXV, 13.) & non est occultatum os meum à te, quod fecisti in o-
culto, & substantia mea in inferioribus terra. (Psal. CXXXIX, 15.)

2) Comment. in IV. Evangel. p. 878.

§. XIX.

Adam Conzenius α) Adumbratio seu Ἰσχυρία imprimis
est defensio cum aliqua refocillatione Psal. XVI, vers. 8. & LVI. 2.
Isa. XXX, vers. 2. Praestitit virgini refrigerium menti corporique
ut Greg. cap. 33. moralium. Alio etiam modo Theophylactus in-
terpretatur, Ἰσχυρία esse συναγαγεῖν , quod lineamenta forma-
verit. Quod hic non pertinet. Obumbravit ergo virginem Spi-
ritus S. singularissimè tuendo, recreando, fovendo. Nec hoc tan-
tùm, sed etiam honorando, & DEO consecrando. Gloria igitur
eam coronabat, quâ in significatione umbrandi verbum latini
usurpant, Statius 6. Thebaid.

Nuper Olympiacis umbratus tempora ramis.

Et Claudianus Paneg. in Olibrium.

Flava cruentarum pretenditur umbra iubarum.

Honoris ergò est etiam & à virtute altissimi obumbrari.

α) Tom. II. Comm. in Evang. ad Luc. I, 24. q. IV. S. 3.
fol. 28.

§. XX.

Calvinia-
norum. E Calvinianorum classe primus sit ipse eorum pater Job.

Calvinus, qui Commentario in Harmoniam Evangelicam:
 β) In verbo, inquit, obumbrandi concinna est metaphor. Vir-
tutem DEI, quâ suos tuetur & protegit, Scriptura frequenter
umbra comparat, Sed alia videtur esse hujus loci peculiaris ra-
tio: nempe arcanam fore Spiritus operationem, ac si nubes oppo-
sita hominum oculos in intuitu submoveret.

β) Tom. V. Opp. part. I. fol. 12.

§. XXI.

Secundus sit Franciscus Gomarus, γ) qui δύναμιν ὑψίστης
non

non de Filio DEI, neque de Spiritu Sancto, sed de attributo illius proprio, nempe de omnipotentia exponit, atque hinc deducit. *Umbra* aliàs pro eò, quod à malis quasi ab aestu tuetur, similitudine quadam accipi solere, unde pergit: *Atque ab hac umbra significatione, verbum* ἠπιστάζω, *obumbrare, metaph. accipitur, pro à malo quasi aestu quodam defendere: ut Hebræam vocem* סכך *regere, protegere, tueri. Et mox quibusdam interpositis: Eventus etiam præclare consentit; Nam cum ob conceptionem Iosephus, adulterii suspectam haberet Mariam virginem, ac propterea dimittere vellet, potentia Dei obumbrata, id est, defensa est, cum per Angelum missum, de conceptione per Spiritum S. Iosephus edoctus est, ac iussus, citra difficultatem, Mariam ducere.*

γ) *Illustrat. Selector. Evang. Lucae Locor. fol. 165.*

§. XXII.

Tandem Criticorum biga prodeat, quorum alter est *Hu- Criticorū.*
gro Grotius: Solent quidem, inquit ille δ) LXX, סכך *vertere* ἠπιστάζω, *ut* Psal. XCI, 4. CXL, 8. & *alibi. Magis tamen mihi placet sententia putantium translationem sumtam ab avibus pullos excludentibus, à qua non longè abit Theophylactus: ut ita ostendat Angelus ea virtute oriturum hunc factum, qua mundus ipse exordium sumsit. Nam in Moysis historia est* רוח אלהים *et* פני המים *quod verbum* מרחפת *de tali incubitu exponunt Hebræorum doctissimi. Et apertè is est ejusdem verbi usus* Deut. XXXIII, 11. ubi LXX, στεπάζου *patri significatione.*

§. XXIII.

Alter est *Daniel Heinsius. Τό* ἠπιστάζω, *inquit, ε) τὸ* שכך *respondet, ut divinam operationem sic includat ac presentiam quam* שכונה *dixere: qua voce vim presentiamque Spiritus ipsius Sancti exprimunt Magistri. Ut omittam pro* רוח הקדש *id est, Spiritus Sanctus usurpari iis, atque sic exponi. Ad illud, neque poterat Moses ingredi tabernaculum Ecclesie, quia habitabat sub illud nubes, & gloria Jehova replevit tabernaculum; Hellenista, ὅτε ἠπιστάσεν ἐπ' αὐτὴν ἡ νεφέλη, καὶ δόξης Κυρίου ἐπλήσθη ἡ σκηνή. Nam* ἡ δόξα Κυρίου *שכונה. Quemadmodum*

dum Rabbini, cum de usu ejus agunt, propriè ad tollendum quicquid corporale, à DEO, usurpari notant.

ε) Lib. III. Exercitat. Sacr. c. I. fol. 137.

§. XXIV.

Et hæcenus quidem excerpta ex Veterum & recentiorum interpretamentis, quantum sufficere existimavimus. Qui plura velit, conferat Cornel. à Lapide, ζ) Mathæum Polum, η) & alios.

ζ) Comm. Luc. I, 35. f. 19.

η) Tom. IV. Synops. Critic. Scr. S. f. 816. 817.

CAP. II.

VERA INTERPRETATIO VERBI ΕΠΙΣΚΙΑΖΕΙΝ Ε ΡΙΤΟΥ ΧΥΠΠÆ DEPROMPTA.

§. I.

Nostra sententia.

JAm ad eum interpretandi modum devolvimur, quo ἐμφασίον verbi ἐπισκιάζειν non melius intelligi posse existimamus, quam si memoratos Chuppæ ritus advocemus in subsidium, ad quos quin Spir. S. voce hac respexerit, nulli dubitamus. Sensus ergò totius propositionis ex nostra mente hic est, *δύσχαρις ὑψίστη ἐπισκιάσει σοι Virtus Altissimi obumbrabit Tibi*, hoc est, Filius DEI tanquam Sponsus à Te, in tuo utero, tanquam sub Chuppa obumbrabitur, dum sibi carnem veluti Sponsam indissolubili matrimonii nexu associat, unit, copulat.

§. II.

Argumenta.

Hic sensus uti planissimus, atque ad illustrandum maximum incarnationis & unionis personalis Mysterium aptissimus: ita nunc porro paulò explicatius tradendus & idoneis argumentis confirmandus est.

§. III.

Probamus autem I. à natura verbi ἐπισκιάζειν, quod propriè

priè rebz corporeis competit, quæ inter lumen & rem illustratam interpositæ, umbram efficiunt, uti de nube lucidâ discipulos cum Domino in monte obumbrante *Matth. XVII. 5, Marc. IX. 7, Luc. IX. 34.* deque Petro obumbrante ægrotos, *Actor. V. 15.* adhibetur, quæ plenaria est locorum, in quibus hoc verbum legitur, inductio. Atqui ad hoc præcipuè *Chuppa* apud Hebræos in nuptiarum solennitate adhibebatur, ut cum sub dio fieret consecratio, umbram præstaret, atque solares radios à capitibus Sponsi ac Sponsæ arceret. Accedit, quòd Syrus ejus loco verbum Aphelicum אֶפְּלִיּוֹן usurpet, à quo nomen אֶפְּלִיּוֹן derivatur, quod diferte pro *Chuppâ* sumit *Matth. IX. 15, & Luc. V. 34.* cum hospites ad nuptiarum solennitatem vocatos אֶפְּלִיּוֹן כְּנוּוֹת filios *Chuppa* appellat.

§. IV.

Probamus II. à *Stylo Scripturæ usitato*, cui talis hypallage, qualis hîc præsupponitur, non est infrequens. v.g. *DEUS* II. *dedit אֱלֹהִים רַגְלֵי דָנִיֵּאל לְחֹסֶר דָּנִיֵּאל* *Danielem gratiæ*, i. e. Danieli gratiam, *Dan. I. 9.* cui similia loca sunt *1. Reg. II. 50. Neb. I. 11. Psal. CVI. 46. &c.* Sic *Psal. CXXXIX. ult. Vide, an via molestiæ sit in me*, i. e. an ego sim in viâ molestiæ; cujusmodi hypallages exempla plura congeffit *Glassius in Philologiâ Sacrà. a)* Sic ergò & hîc angelus Mariæ: *obumbrabit tibi*, i. e. obumbrabitur à te.

a) *Lib. IV. tract. II. Observ. XXI. p. 914. (738.)*

§. V.

Probamus III. à *συναφεία Textus*. Annunciaverat Angelus Mariæ Joseph desponsatæ quidem, sed nondum sub III. *Chuppâ* per solennem consecrationem nuptæ, *vers. 27.* conceptionem & partum filii in utero, *vers. 21.* cui illa admirabunda regerebat impossibilitatem conceptionis ante consuetudinem cum viro; *Quomodo erit istud? Ἐπεὶ ἄνδρα ἔγνωσκᾶς, quandoquidem virum non cognosco, vers. 34. q. d.* Nondum cum meo Sponso Chuppam intravi, nedum ut thalamum ingressus mihi post confirmationem cohabitavit, unde ergò ante conse-

tam matrimonii confirmationem conceptio & partus filii? Respondet Angelus, aliam Chuppam, aliam filium concipiendi rationem abs se annunciari. Ipsam Mariam Virginem non Sponsam fore, cui Sponsus aliquis consecratur, & post acceptam nuptialem benedictionem mariti instar cohabitaret, sed Chuppam, sub quâ plenissima mysterii copulatio filii DEI & humanæ carnis futura sit, qui veluti Sponsus cum carne humanâ tanquam suâ Sponsâ in ipsius utero indissolubili personalis unionis vinculo sibi junctâ, ex hac Chuppâ virginæ uteri per partum Θεωθρόπυε virgineum post arctissimam hanc consociatio fit egressurus.

§. VI.

IV. Probamus IV. *à Convenientiâ cum re ipsâ*, utpote cui accutate applicari possunt ritus commemorati partes præcipuæ, si non singulæ; nolumus enim ad scrupulosam singularum circumstantiarum collationem dilabi, cæterâ haud difficulter infigendum. *Chuppa*, ἐν ἣ ἐνυμφευσάτο ὁ λόγος τὴν σάρκα, est castissimus Mariæ uterus: *Sponsus*, ipse λόγος, δυνάμεις ὑψίστης, Filius Dei μονογενής: *Sponsa*, caro seu natura humana in σε ἀνυπόστατος, nostræ tamen verè ἐμοῦστος: *Copulator*, Spiritus Sanctus, Cœlestis Rabbi, qui per ἐπέλευσεν, seu singularem planè superventum guttulas virginis Mariæ sanguineas, è quibus caro Domini formanda erat, consecravit: ipse tandem *Copulationis actus*, assumptio carnis in ὑπόστασιν τῆς λόγος, & admiranda unio, è quâ communio & communicatio naturarum prodit.

§. VII.

V. Probamus V. *ab analogia fidei*. Solet enim tremendum incarnationis mysterium humanæ rationi prorsus non comprehensibile uti sub aliis subinde figuris, ita cum maxime sub hac Nuptiarum allegoriâ adumbrari. Hinc frequens in Scholis Theologorum mentio *nuptiarum* non *spiritualium* modò quæ unionem mysticam CHRISTI & desponsatæ ipsi Ecclesiæ designant, ex *Hof. II, 19*, sed & *personalium*, quibus incarnatio & personalis unio notatur, tunc facta, quando Deus Filium suum in utero virginis humanæ nature conjunxit, quando DEum ante omnia

omnia secula voluit fieri hominem in fine seculorum, quando verbum caro factum est, & habitavit in nobis, quæ verba sunt Greg. Magni b) Tum enim facti sunt DEus & homo duo in carne unâ, Ephef. V, 29. 30. duæ nimirum naturæ in una eademque divina indivisa persona. Atque ideo Proclus Constantinopolitanus c) pulcherrimè Mariam vocat thalamum, in quo verbum humanam carnem sibi desponsavit. Videantur inprimis commentatores ad Matth. XXII, 2. qui ad describendas has personales nuptias occasione nuptiarum regnum Cœlorum parabolice adumbrantium occurrunt.

b) Homil. XXVIII, in Evang. Tom. II, fol. 508. A.

c) Homil. de natur. Christi.

S. IIX.

Probamus VI. à consensu Theologorum quorundam, ad quem propterea potissimum provocamus, ne cum superiori capite plurimos aliam explicandi rationem ingressos produxerimus, soli sapere, aut absque manu ductione Præceptorum & autoritate quicquam asserere videamur. Ita autem accuratissimus Dambavverus tum in Hodosophia, d) tum in Christosophia, e) nos in sententia nostra confirmavit, ut non possimus, quin verba ejus, quæ utrobique pene eadem habent, hæc transcribamus. Agit de incarnationis mysterio, atque illud paulò plenius expositurus addit: *Quæ omnia illustrari comparatione nuptiarum clarissime possunt, quas ipse cœlestis aula præco Gabriel intimavit, cum dixit: Δουαυπς ἰψῆς ἐπισημασεῖ σοι Luc. I, 35. Ἐπισημασεῖς, ex ritu Judæorum, liquidissime exponi potest de ipsa solemnitate nuptiali. Elias in Thisbi explicans vocem חפפה Chuppa, vestis est, inquit, seu velum, quod super caput sponsi & sponsæ quatuor virgis seu vestibus suspenditur, quando fit desponsatio; & sub eo velo sponsæ annulum porrigi restatur David de Pomis in dictionario voce חפפה. Hæc fortassis illa pallii pinna, de qua Ruth. III. 9. vestimenti ala, de qua Ezech. XVI, 7. Umbra Cant. II, 3. πασὸς Psal. XIX, 6. CHUPPA scilicet ad quam adstirit Φίλ. τῶν νυμ- Φίλ Johannes Baptistæ Job. III, 29. Ergo virtus altissimi obumbrabit*

brabit tibi, id est in te, in tuo utero tanquam sub Cbuppa filius Dei
tuo se semini desponsabit &c. Hæc ille, cujus sententiam tacite
approbavit Magnificus Dn. Geierus, f) Confer & è Pontificiis
Casparum Sanctium. g)

d) χρίσσοφ. pag. 32.

e) ὀδσοφ. Phen. IIX. p. 610. (407.)

f) Ad Psal. XIX, 6. p. 319.


g) Comm. in Cantic. p. 89. seqq. & Comm. in Jesa. IV, 8. p. 57.

§. IX.

Atque hæc quidem hæctenus: quibus mihi Academicæ
vitæ, ad Ecclesiæ Ministerium legitime nuper vocato, valedicere
visum fuit. Quæ si non accuratè omnia scripta sunt, testabun-
tur tamen de conatu, cui sua quoque laus manet. Servet DEUS
hanc Almam Matrem, & quæ in me beneficia contu-
lit, uberrimè rependat.

DEO SIT LAUS ET GLORIA.
IN SECLORUM SECULA!
AMEN.

כן יהי רצון



ad 30

94 A 7347(1)


ULB Halle 3
000 523 054




Sb.

WMA







c. 8

JESU SUCCURRENTE!
Dissertatio Philologico-Theologica,
De
CHUPPA
HEBRÆORUM,

Qva
ΕΠΙΣΚΙΑΣΜΟΣ,

Luc. cap. I. v. 35. illustratur:

Qvam


Sub PRÆSIDIO
MAGNIFICI ACADEMIÆ RECTORIS,
VIRI MAXIME REVER. AMPLISS. atq̄ EXCELLENTISS.

DN. JO. BENEDICTI
CARPZOVII,

SS. Theol. Doctoris & Professoris Lingvæ S. Celeberrimi,
Fac. Theol. Assessoris, Maj. Principum Collegii Collegiati, ad Ædem
D. Thomæ. Pastoris, de Academia & Orthodoxa Ecclesia
benè meriti,

Dn. Patroni & Præceptoris summoperè devenerandi,
IN AUDITORIO THEOLOGORUM PAULINO
publico Eruditorum examini

proponit

JOHANNES  **Schmerl**

Einfiedel. Pastor vocatus.

ROSTOCHII, Typis NICOLAI SCHWIEGEROVI, Ampliss. Sen. Typogr.

RECUSA Anno 1710.